Bibliotheca



Palatino
Düſseldor-
pienſis.

FRIDERICI CAROLI MOSERI
SEREN. LANDGRAVII HASSO-HOMBVRG.
CONSILIARII AVLICI

# DE
# TITVLO DOMINI
## COMMENTARIVS
## MORIBVS AEVI ET SAECVLI ACCOMMODATVS.

LIPSIAE,
PROSTAT APVD IO. CHRIST. LANGENHEMIVM.
1751.

St. u. R. G. 199
LANDES-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF
1402 817 01

ILLVSTRI DOMINO

# IOANNI IACOBO MOSERO

PARENTI SVMME VENERANDO

OPVSCVLVM HOCCE

D. D.

FILIVS OBSEQVENTISSIMVS

FRIDERICVS CAROLVS MOSER.

*Iuueniles quidem ſtudii academici primitias poſt ſexennium demum offero, reuerentiae tamen erga TE, VENERANDE ET OPTIME PARENS, debitum atque publicum monumentum. Tua TIBI reddo, cum, quidquid in me ſit, TVIS curis, TVO amori, TVIS adhortationibus, TVO conſilio, TVIS denique ad DEVM precibus, poſt hunc, vnice debeam. Neque enim id tantum magni duco, genitum me eſſe Patre probo, erudito et meritorum in patriam remque publicam et literariam numero inſigni, quam potius, quod*



*ea*

ea mihi rara felicitas contigerit, TE ipſo Duce ſemitas virtutis noſſe, TE interprete ſanioris ac patriae ſalutaris doctrinae principiis, dominante vndique partium ſtudio, imbutum eſſe, TVO eximio et illuſtri exemplo conſcia recti mente calamitates ac inuidiam ſpernere, temporis noſtri ſatis dubii pericula conſtanter ferre, imo, quod ſummum eſt, quantum ſit, DEVM amare vitaeque moleſtias, eius ſuffultus auxilio, alacri pede pergredi, quotidie doceri. Benedicat TIBI Deus Ter Optimus Maximus, VENERANDE PARENS, et curarum, quas in me conuertiſti, aeterna praemia larga manu in ſinum TVVM effundat. Publica voce ſpondeo gratam et filiali reuerentia ad cineres vsque deuinctam mentem ac beneficiorum, quae in me collocaſti, ſanctam et ſempiternam memoriam; Premam, Deo adiuuante, veſtigia TVA in tramite pietatis, ſequar exemplum TVVM in laude virtutum, vitae etiam meae ratio praeceptorum TVORVM lubentiſſimum obſequium ſemper profiteatur. DEVM autem, vt votis meis benigne annuat, ſupplex rogo, velit labores TVOS et conſilia pro ſalute publica coeleſti praeſidio firmare, candidum honeſta canitie venerabile caput laeta ſenectute beare, TEque in ſolamen Coniugis amantiſſimae ac liberorum, qui quantum TE ament et venerentur, ipſe ſcis, auctum diuinis incrementis, corpore et animo florentem vigentemque diutiſſime conſeruare. Dab. Hanouiae die 1. Nov. MDCCL.

# PROOEMIVM.

Dum, ante ſex et quod ſupereſt annos, abſoluto in Academia Ienenſi quadriennio, abitum pararem, ſuaſum mihi fuit ab iis, quibus morem gerere mearum ſemper fuit eritque partium, ſpecimen quoddam qualecunque lectionis edendi. Cum autem ea ſit noſtri temporis ratio, quod iuuenes Academici, ardui cuiusdam et maioris momenti thematis ſcriptionem meditantes, vel, quod non valeant humeri, ſed ferre recuſent, experiantur, inde ad aliorum tutelam confugiant, vel, ſi bene rem egerint, vix ac ne vix quidem ipſorum id induſtriae tribuatur: vtramque euitaturus moleſtiam, ſuadente materiam Optimo et Venerando Domino Pa-

rente, thema elegi, ſi non graue, iucundum tamen, nec prorſus inutile; quandoquidem id verum eſt, quod in perficienda ſcientiarum machina non tantum quadrata multorum annorum opera, verum etiam imbecilliorum labores diurni album calculum mereantur. Eo lubentius me ad hoc qualecunque thema illuſtrandum accinxi, ſententia motus Illuſtris BVDERI, quem nunquam ſine honore et gratae mentis affectu nomino, quando in *Amoenitatibus* vere amoenis *Iuris Feudalis* aſſerit: *Illis quoque laudem ingenii ac eruditae et vtilis induſtriae denegari iure non poſſe credo, qui ſelecta et rariora argumenta, a ſyſtematicis et compendiariis Scriptoribus vel omiſſa plane, vel breuiſſimis verbis indicata, ex ipſis fontibus hauſta, ad artis perfectionem ſucceſſu temporum promouendam, laborioſius producunt.* Deſumtum autem eſt ex Iure publico vniuerſali eiusque materiis ſpecialiſſimis, tangit etiam potiſſimum rem ritualem ſeu ceremonialem, quam praeprimis hodie magni faciunt.* De ordine et oeconomia Opuſculi pauca ſunt, quae moneri poſſent. Huius tantum veniam peto, quod materiam de Dominis, Nobilitatis quandam claſſem conſtituentibus, ſicco pede transierim. Non enim deſunt Viri docti, qui in eodem themate illuſtrando adeo fuerunt occupati, vt, quid addi potuiſſet, neſciam. Eſt omnino, inter multas, vix

vix vlla Iuris noſtri publici materia, tanto ardore et induſtria a ſummis viris ventilata, quam quae noſtro ſeculo de origine, variisque generibus Nobilitatis, eius etiam tam gradibus quam praerogatiuis acta ſunt. Occaſionem hiſce disquiſitionibus dederunt tam ſcripta Burgermeiſteriana, Ordini equeſtri plus iuſto in detrimentum Comitum et Dominorum tribuentia, tam, quae de matrimoniis Principum et Comitum cum Virgine nobili lites ortae ſunt, porro etiam aeui noſtri genius, in antiquiora plane ruens. Id tamen adhuc dolendum, quemque ita ordini ſuo fauere, vt ſemper vna pars alteri ſua detrahat ſibique arroget; prout id fieri ſolet, quando praeconceptis animus agitatur opinionibus, Auctores etiam non veritati, ſed ob ſtipendia ſoluta ſcribunt. *) Patrocinatur cuique ſententiae tenebroſa medii aeui aetas, vt ſaepe coniecturis plus innitendum ſit, quam firmo quodam fundamento, vt taceam, quantum per obſeruantiam tot ſeculorum et mores hodiernos immutatum ſit, quod aeque minus



*) Bella eſt et quotidiano ſuffulta more obſeruatio Auctoris egregii Libri *La Langue T. II. p. 44.* J'admirois, comment N. qui eſt homme d'eſprit, ſoûtient avec tant de vivacité une opinion, que l'experience et la verité combattent viſiblement, pour ainſi dire; mais je n'admire plus, depuis que c'eſt une opinion attachée à ſa communauté.

ac totum Iuris publici hodierni ſyſtema ad Germaniam antiquam referri et ex priſco eiusdem ſtatu diiudicari poteſt. Quae autem prae reliquis commendanda ſunt ſcripta et omne in hac materia punctum abſoluunt, ſequentia ſunt:

Gründliche Unterſuchung der Frage: Ob mit denen am Rhein und in der Wetterau geſeſſenen zur höhern Teutſchen Nobilität jederzeit gerechneten uralten Grafen und Herrn, hohen Freyen oder Dynaſtis, insbeſondere aber mit denen dazu gehörigen Grafen und Herrn zu Hanau, die zwar gleichfalls alte, aber doch zum Nider-Adel gehörige und heutiges Tages alſo genannte Com-Membra derjenigen löbl. Ritter-Hauptmannſchaft, welche ſich wohl von dem Mittel-Rhein und der Wetterau benahmet, „ „ bevorab die ohnlängſt ausgeſtorbene von Carben in Vergleichung zu ſtellen ſeyen? ꝛc. 1734. fol.

Illuſtris Auctor huius Deductionis ex intimis et limpidiſſimis fontibus ſua hauſit, id potiſſimum acturus, vt inſignem dignitatem veterum Dominorum ab aſſertis Ordinis equeſtris vindicaret, eique, ex omnium iudicio, hic labor feliciſſime ceſſit. Secundum, quod ſub titulo

Vorläuffig- doch gründlicher Bericht vom Adel in Teutſchland, was es in ältern Zeiten mit demſel-

dem ſelben für eine Bewandniß gehabt und gegenwärtig noch habe; worinnen deutlich dargethan worden, daß die ganze Ritterſchaft jederzeit ein davon ganz unterſchiedener Stand et quidem militaris, aber niemahlen ein Status Imperii geweſen. Samt einer kurzen Deduction von des hohen Reichs-Grafen- und Herren-Standes Würde und Berechtſamen: Durch Veranlaſſung einiger bißhero in Druck publicirten Tractaten, ſonderlich des ſogenannten Grafen- und Ritter-Saals verfaſſet. Frankfurt am Mayn, 1721. 4to.

in lucem publicam prodiit, eadem ſententia dignum eſt. Auctor Libri, Ill. quondam LVCIVS, omnia ſua ſuperſtruxit venerandae antiquitatis documentis et veterum probatae fidei Scriptorum teſtimoniis; caeterum eundem cum priori finem habuit praefixum et in refutando immediatae Nobilitatis Patrono BVRGERMEISTERO praecipue fuit ſollicitus. Addenda hiſce ſunt

Acta iudicialia in Sachen Herrn Rudolph Johann, Grafen von Wallpott zu Baſſenheim contra Herrn Burggraf, Baumeiſter und Regiments-Burgmanne zur Kayſerl. und des Heil. Reichs Burg und Stadt Fridberg = = = die ex hiſtoria deducirte eigentliche Interpretation des in dem Statuto enthaltenen Vocabuli: Herrn, = = = betreffend, 1725. fol.

vbi

vbi praeſertim disquiritur: num ſub Dominorum titulo tantum Principes, Comites et Dynaſtae, an vero etiam Equites et Miniſteriales intelligendi ſint? Conſulendo adhuc praeter ea, quae nunc recenſui, ſcripta, illuſtrium virorum de PLOENNIES, ESTORIS et GLAFEY de Miniſterialibus commentarios, abunde in hoc argumento vnusquisque ſatisfiet.

Biennium eſt, cum haec ſcripſi et bibliopolae fidem, libellum etiam prout hic apparet, prelo iam ſubiiciendum dedi. Ingenue confiteor, ſi nunc demum conſcribendus eſſet, veſtitu paulum ornatiori proditurum; multa enim ſunt, quae intra hoc tempus tam legendo, quam adiuuante experientia, pro expoliendo hoc themate collegi; muneris autem ratio in magis ſeria trahebat et in praeſenti rerum mearum ſtatu animus deeſt, tantum limandi; tanta eſt materiae dignitas et amplitudo, vt nouum plane opus mereatur. Interim huic qualicunque labori faue, Lector, et vale. Scrib. Hanouiae 27. Febr. CIↃ IↃ CC L.

PARS

# PARS PRIOR
## GENERALIS.
DE
# TITVLO
# DOMINI
## GENERATIM,
PERSONIS, QVIBVS TRIBVITVR,

VARIO SIGNIFICATV

ET

SYNONYMIIS.

Perill. Bar. de PVFENDORFF Lib. I. de Iur. Nat. et Gentium, Cap. I. §. 18.

*Non prorſus eſt de nihilo, quod interdum magno ardore ſuper titulis inter homines pugnatur; ideo quod, titulo denegato, denegari quoque alicui intelligantur ſtatus, munus, poteſtas atque iura, quae iſte titulus exprimere aut innuere ſolet.*

# SECTIO I.

## DE PERSONIS, QVIBVS DOMINI TITVLVS TRIBVITVR, GENERATIM.

§. I.

DOMINI titulus inter omnia honoris verba, quibus nos inuicem compellamus, prorſus ſingularis naturae eſt, eo quod omnis conditionis hominibus, ſummo aeque ac infimo quodammodo communis ſit, omnium quoque aliorum vices ſuſtineat. Antiquiſſimae eſt originis et inter tot tantasque ſeculorum mutationes ſemper adhuc in hominum deliciis et honore manſit et manebit. *Obſeruatio generalis.*

§. II.

*Primarium* et eminentem huius vocis vſum ſacrae nobis ſuppeditant literae, in quibus DEVS T. O. M. a Veteris praeſertim Teſtamenti Scriptoribus Dominus appellatur, [a]) ille enim omnium rerum Creator, Stator Moderatorque eſt, a cuius nutu omnia ſtant et collabuntur; ipſe quoque hoc nomine vocari vult et adorari. Exod. XV, 3. Noui Foederis tempora hoc nomine intelligi volunt *Tribuitur hic titulus DEO.*

 IESVM

IESVM CHRISTVM, Redemtorem noſtrum amantiſſimum, quem in aeternitatibus illis, quas adhuc expectamus, tanquam *ἀρνίον* pro nobis mactatum, Dominum Dominorum et Regum Regem omnes et cuncti venerabuntur. Apoc. XVII, 14.

a) Iuris Canonici Doctores, ſubtilitatum ſtudioſiſſimi, multa cura differentias Deum inter et Dominum inueſtigarunt, interque eos ISIDORVS *Lib. II. Differ.* in eo ponit, vt in Dei appellatione Patrem, in Domini Filium intelligamus, ex Dei vocabulo diſcamus, quid diligendum, ex Domini vero, quid metuendum ſit.

b) Profitentur id inter alia teſtimonia ingens illa Chartarum et Diplomatum, tam vetuſtioris quam noſtri aeui, multitudo, in quorum fine, vbi annus ſcripturae indicatur, legi ſolet: **Im Jahr nach Unſers lieben Herrn und Seeligmachers Geburt, ꝛc.**

§. III.

*(De voce: Herr Herr.)* In ſummae autem reuerentiae ſymbolum vox haec nomini diuino adpoſita ſolet conduplicari; quem morem quomodo poſtea Reges et Principes fuerint imitati, infra expoſui.

*) Ipſe ſanctiſſimus noſter Seruator Matth. VII, 21. ait: Aliquando demum, ſi orbem iudicaturus throno inſederit, non omnes, qui ipſum Domini Domini verbo blande compellauerint, inter ſuos fore recepturos.

§. IV.

*Sanctis.* Poſt DEVM Perſonae Sanctae et Eccleſiaſticae Domini titulum prae ſe ferunt. Quod ad *Sanctos* pertinet, tam multa Conciliorum placita, quam tabulae Donationum etc. id loquuntur. Sic in Charta Donationis Grimulfridi (filii Regis Carolomanni) apud MABILLONIVM *de Re Diplom. p. 497.* mox ſub initium: *Domino ſancto et venerabile in Chriſto patre*

*tre Folerado Abbate vel omni congregratione Sancti Dionyſii, vbi ipſe pretioſus* DOMNVS *in corpore requieſcit, ego Grimulfridus etc.* Idem legitur in Diplomate Caroli M. pro Eccleſia Pariſina in *M. Paſtorali L. XIX. Ch. 56.* vbi: - - *S. Germani et S. Marcelli vel ceterorum* DOMINORVM, *quorum pignora in ipſa pleba vel ipſa Eccleſia Pariſiaca, adunata requieſcunt.* Porro in Charta Adalberti de Vuormacinſe de An. 757. apud SCHANNAT *Corp. Tradit. Fuldenſ. p. 4.: dono ad Monaſterium, quod eſt conſtructum in Bochonia ſuper fluuium Fulda, quod Sanctus Bonifacius conſtruxit, vbi ipſe* DOMNVS *ſacro requieſcit in corpore. etc.*

## §. V.

Perſonae *Eccleſiaſticae* varii ſunt ordinis. Eminet inter eas Pontifex Romanus, omni modo a ſuis cultus et inſignibus elogiis mactatus. Dominum eſſe nominatum, innumerae teſtantur Epiſtolae Chartaeque, medii praeſertim aevi; [a]) Poſtea enim temporis, cum ſub eximiae humilitatis colore, omni titulorum ſplendore ſepoſito, ſe Seruum Seruorum Dei [b]) appellaret, praeter hunc titulum etiam ob ſimulatum in omnem Chriſtianum orbem Paternum affectum, Beatiſſimus et Sanctiſſimus Pater nominatur. [c]) *Pontifici.*

a) Romana Curia ſuos ſemper habuit praecones et adulatores, nihil vero ſupra nefandam illam et faſtidioſam Inſcriptionem legi, qua Theotmarus Archiepiſcopus Salisburgenſis Iohannem VIII. P. R. collaudat: *Summo*, inquit, *Pontifici et vniuerſali Papae*, NON VNIVS VRBIS, SED TOTIVS ORBIS DOMINO, *Iohanni Romanae Sedis Gubernatori magnifico etc.* in HVNDII *Metrop. Salisburg. T. I. p. 44.*

b) Gregorius M. hunc titulum primus vſurpaſſe dicitur a *Iohanne Diacono in eius Vita. p. 1.*

 c) No-

c) Notiſſimi quidem exempli res eſt, legeſis tamen Epiſtolas Imperatorias, Regias et Principum Europae, ad Romanos Pontifices miſſas, vbi memoratus ſtylus ſemper deprehenditur. Sic Carolus VI. Aug. Mem. Imperator in Literis Obedientiarum Pontificem Clementem XI. ſub initium ita alloquitur: *Beatiſſime in Chriſto Pater*, DOMINE REVERENDISSIME. Epiſtola vero ita inſcribitur: *Beatiſſimo in Chriſto Patri*, DOMINO *Clementi Vndecimo diuina prouidentia Sanctae Romanae ac vniuerſalis Eccleſiae ſummo Pontifici*, DOMINO REVERENDISSIMO. Legitur in Illuſtr. BVDERI *Tr. de Legationibus Obedientiae Romam miſſis. p. 64. ſeq.*

Imo Imperator ante Actum Coronationis ſolenniter interrogatur: *Vis Sanctiſſimo in Chriſto Patri et* DOMINO, *Romano Pontifici et Sanctae Romanae Eccleſiae* SVBIECTIONEM DEBITAM *et fidem reuerenter exhibere?* quod reſpondendo: *Volo* et addito iureiurando publice ſancteque promittit. Vid. Vener. PARENTIS **Teuſch. Staats-Recht.** *T. II. p. 467.*

Auguſtus, Poloniae Rex et Elect. Sax. poſtquam Romanorum dogmatibus acceſſit, A. 1702 ad Pontificem ita reſcribebat: *Sanctiſſime ac Beatiſſime Pater*, DOMINE, DOMINE CLEMENTISSIME. In ipſis literis, quando de ſe ipſo loquitur, ſingulari numero vtitur; inſcriptio autem haec legitur: *Sanctiſſimo et Beatiſſimo Patri in Chriſto*, DOMINO DOMINO *Clementi, Diuina prouidentia Papae XImo, Sacro Sanctae Romanae ac Vniuerſalis Eccleſiae Pontifici Maximo*, DOMINO CLEMENTISSIMO.

Corpus etiam Catholicorum, ſi e Comitiis Imperii ad Pontificem communi nomine ſcribat, eodem titulo ipſum compellat, docente id LÜNIGIO in *Literis Procer. Europae.*

Sinenſis Imperatrix in litteris ad Pontificem miſſis eum appellat *Vniuerſalem Doctorem Catholicae Doctrinae et* SVPREMVM DOMINVM, *du* MONT *Cerem. Diplom. T. II. 234.*

§. VI.

## §. VI.

Vt vero eo magis ſuam conteſtarentur reuerentiam, qui Romanis ſacris addicti ſunt, Principes, munere praeſertim eccleſiaſtico fungentes, titulo Domini adiungunt voculam: *Noſter*, vt ideo non ſolum honoris verbum, ſed ſpecialis obſeruantiae et obſequii caracter ſit. *addita vocula: Noſter.*

Sic loquitur Elector et Archiepiſcopus Moguntinus in Reuerſalibus Literis An. 1658. Nuntio Pontificis traditis: *Cum Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus Dominus Nuntius Apoſtolicus - - ſaepius inſtiterit, vt Articuli 15. et 16. Capitul. Ferdinandi IV. amouerentur, - - - id ex Sanctiſſimi* DOMINI NOSTRI *Alexandri Papae VII. voluntate et* IVSSV. V. Optimi PARENTIS Teutſch. Staats-Recht. *T. VIII. p. 457.*

## §. VII.

Cardinales Rom. Eccl. antequam titulum Eminentiae fuerunt nacti, non aliter quam voce *Illuſtriſſima et Reuerendiſſima Signoria* nominabantur, allegante *du* MONT. *Cerem. Dipl. T. II. p. 357.*

## §. VIII.

*Nuntiis* etiam atque Legatis *Pontificis* ad aulas Principum miſſis honorificus hic titulus offerri ſolet. Eminentiſſ. Elector Treuirenſis in Epiſtola ad Nuntium Pontificis extraordinarium, qualis nunc eſt, Cardinalem ab Auria transmiſſa, hunc in modum ſcribit: *Illuſtriſſime et Reuerendiſſime* DOMINE. In Contextu: *Illuſtriſſima et Reuerendiſſima* DOMINATIO *Veſtra.* *Nuntiis Pontificis.*

## §. IX.

*Epiſcopos* hoc titulo fuiſſe ornatos, in tanta literarum et diplomatum luce omni dubio caret. Sic *Epiſcopis.*

Carolus

Carolus Martellus in Diplomate puodam apud DV CHESNE[a]): DOMINIS *ſanctis et Apoſtolicis in Chriſto patribus*, EPISCOPIS etc. etc. *Carolus Maior Domus bene cupiens veſter.* Idem legitur in literis Abbatis Hildenshemenſis in Cod. Dipl. Viennenſi, [b]) vbi: *iuſticie noſtre deeſſe non volentes ad audientiam* DOMINI *Magdeburgenſis cauſam detulimus.* Imo HONORIVS III. P. R. *in c. 15. X. de Exceſſibus Praelatorum* Archidiaconum, qui Epiſcopum ſuum eſſe *Dominum* negarat, tanquam membrum putidum ab Eccleſia perpetuo abſcindi et beneficia eius perſonis idoneis adſignari iubet; quod autem *M. Antonius de* DOMINIS Lib. 2. de Republ. Eccleſ. C. 9. §. 5. improbat ac abominabile dicit, fratres et collegas Epiſcopi homagium ei, tanquam *ſuo Domino*, praeſtare.

In Receſſu Comitiorum Presburgi An. 1429. ab Imperatore Sigismundo celebratorum legitur: **Da quamen die Fürſten = = in unſers Herrn von Menz Hof = = Alſo fienge unſer Herre von Menze an = = = daß er und unſer Herre von Menze vor ſich wol Macht hetten ꝛc.** , in WENCKERI *Appar. Archiu. p. 321.*

*S. Hieronymus in Epiſt. II. ad Nepotem* ait: *Illud etiam dico, quod Epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe nouerint, non* DOMINOS.

In Anglia etiam de titulo Domini Epiſcopis dato fuit quondam diſputatum: Ita enim NICHOLSON *in Defenſ. Eccleſ. Anglic. Neque plane nouo more Dominorum titulis inſigniuntur noſtri Epiſcopi; nam ad hanc obſeruantiam illis exhibendam primaeuorum Chriſtianorum exemplis incitamur; quippe qui ſimiles honores Epiſcopis*

*piſcopis ſuis vt ſummis Eccleſiae Magiſtratibus deferebant.* Adhaec PEIRCIVS *in Vindiciis Fratr. diſſent. p. 247.* poſt varias huc non ſpectantes recenſiones pergit: *Certe Auctor noſter oſtendere debuit, Epiſcopos olim inter Optimates fuiſſe recenſitos, iſtamque compellationem non vrbanitatis ſed dignitatis cauſa iis fuiſſe adhibitam. Nemo neſcit vulgares homines tam a Graecis quam a Latinis ad iſtum modum compellari ſolitos. Fratres autem Diſſentientes, haud minus quam Hierachici a Tremulorum ruſticitate abhorrentes non tantum Epiſcopis ſed et quibusuis ingenuis hominibus vrbaniores iſtiusmodi ſalutationes libenter tribuunt.*

a) *T. II. p. 601.*

b) apud *Dn. de* LVDEWIG *in Rel. Tom. II. p. 373.*

§. X.

De *Abbatibus Regula S. Benedicti C. 63.* expreſſe ſtatuit: *Abbas autem, qui vices Chriſti creditur agere,* DOMNVS ET ABBAS *vocetur.* *Abbatibus.*

§. XI.

De *Canonicis* idem erit dicendum, imo qui Cathedralibus Eccleſiis adſcripti ſunt, hodienum adhuc praecipuo nomine der Dohm-Herrn compellantur. Hunc in modum Nuntius Pontificis in literis ad Capitulum Colonienſe datis apud LÜNIGIVM *Syllog. Negot. publ. ad a. 1688. p. 970.* ſcribit: *Illuſtriſſimi, Per-Illuſtres ac Reuerendi admodum* DOMINI. In fine Epiſtolae: DOMINATIONVM *Veſtrarum ad omnia Officia paratiſſimus.* Teſtante eod. LÜNIGIO *Collect. nou.* von der Landſäß. Ritterſch. *T. I. p. 1378.* in Concordatis Statuum Epiſcopatus Paderbornenſis de A. 1326. ipſe Epiſcopus hac loquendi formula vtitur in verbis: Wi Bernhart von Godes Gnaden en Biſchop to Paderborn, bekennet, -- dat uns de Erſame Herren, de Proveſt, de Dekan und *Canonicis.*

dat Capitel unſes vorſprockenes Stightes to Paderbor-ne ꝛc. Per totum vero hocce Inſtrumentum, vbi mentionem facit Epiſcopus Capitularium, eos appellat de Herren vamme Capitele. Imo in Vnione Capituli Monaſterienſis cum Nobilibus Epiſcopatus de A. 1346. *loc. alleg. p. 1531.* ipſe Decanus hoc ſibi elogium vindicat, verbis: Wy Herr Hermann, Domdecken und meyne Capitel des Domets to Münſter ꝛc. Hodienum vero in iis, quae Epiſcopum inter et Capitulum aguntur, rarior huius tituli vſus deprehenditur, communiter appellatur Capitul des Stiffts N. N. vel alio quouis modo circumſcribi ſolet.

Canonicos olim quoque vocatos fuiſſe Gottes-Junckern, e GOLDASTO affert BESOLDVS in *Theſaur. Pract. h. v.* Inde Imperator Sigismundus in Reformationis ſuae C. XII. §. 3. ait: Es ſchicket ein Vater ſeinen Suhn zur Schul und kehrt ſein groſſe Arbeit an ihn, nun wird er gelehrt und wird Meiſter. Wenn er nun von Schul kommt, ſo wirbt er um ein Thumb-Herrn Pfründ, umb daß er ein Juncker Gottes ſey. Id certum eſt, analogam vocem *Domicellaris* iis adhuc tribui ſolere, qui in Capitulis Eccleſiarum Metropolitarum vacaturas expectant praebendas, contra vero eos, qui iis iam vtuntur fruuntur et voce ac ſuffragio in Capitulo gaudent, diſtinctiuo caractere vti derer Dohm-Herren.

## §. XII.

*Monachis.* *Monachos* etiam *Domini* elogio fuiſſe ornatos, plura teſtantur exempla. Regula S. Benedicti *Cap. 63.* praecipit: *Iuniores autem* (Monachi) *Priores ſuos Nonnos vocent, quod intelligitur Paterna Reuerentia;* ad quae verba Dn. MARTENE in egregio *Commentario ad Regulam S. Benedicti* p. 828. ita commentatur: *Cum Synodus Aquisgranenſis decernat, vt Praepoſiti Nonni vocentur; ſuſpicabitur forte nonnemo praepoſitos Nonni nomine ſpreto,* DOMNI, *quod ſoli*

*ſoli Abbati competit, ſiue honoris aut ambitionis ſiue cuiuscunque alterius rationis gratia, ſibi aſſumſiſſe: quod corrigere voluerit: Aut forte praepoſitos intelligit quoscunque profeſſione antiquiores, qui ſuis iunioribus vbique ex Regula praeponuntur, quique iam Nonni nomen in Domni mutauerant, vt colligitur ex* SMARAGDO, *illius temporis auctore, qui hunc locum exponens, ſic ſcribit: Sicut tunc apud illos paterna exhibebatur reuerentia, vt priores vocarentur Nonni, ita nunc apud nos exigitur hodie, vt ipſa paterna reuerentia priores noſtri a nobis vocentur* DOMNI. Porro ad regulam hanc p. 829. varia ex antiquis tabulis profert exempla, quae autem tanquam ſuperflua omitto, haec tantum addam: *Sine dubio*, ait, *Domnus videtur plus habere reuerendae maturitatis et Dominus plus metuendae poteſtatis. - - - Hinc tritus ille verſiculus:*

*Coeleſtem Dominum, mortalem dicito Domnum:*

- - *Quod ſoli tunc Abbati competebat Domni nomen, nunc omnibus fere Monachis promiſcue tribuitur, id quod iam tempore Smaragdi Abbatis vſu receptum fuiſſe conſtat et apud Cluniacenſes ex Vdalrico. - - - Etſi credamus non defuiſſe etiam olim, qui vtrumque Domini et Domni titulum reſpuentes, Patres ſimpliciter appellati.* Legitur id etiam clariſſimis verbis in *Statutis* celeberrimi *Monaſterii Caſſinenſis: Ex noſtra conſuetudine ad differentiam mendicantium* MONACHOS NOSTROS APPELLAMVS DOMNOS, *ſed affectu Fratres. Iuniores ſeniores ſuos Patres vocant. Abbas vero iuxta regulam* DOMNVS ET ABBAS, *non Dominus appelletur.* In praefatione Synodi Aurelianenſis Vti de A. 552. apud BARONIVM *ad h. a. p. 414.* itidem legitur: *Dominus Childebertus, cum pro amore ſacrae fidei, ſtudio religionis, in Aurelianenſem vrbem congregaſſet in vnum* DOMINOS SACERDOTES, *cupiens ex ore Patrum audire quod ſacrum*

 *eſt.*

*eſt. etc.* Et Otto, Comes Aſcarie in Diplomate de A. 1311. quod exſtat in MÜLLERI Staats-Cabin. I. Eröffn. *p. 364.: Nos Otto, Dei gracia, Comes Aſcarie et Princeps de Anhalt, recognoſcimus proteſtantes, quod* DOMINO *Godefrido,* SACERDOTI CAPELLANO *in Mellndorff, et* DOMINE *Conegundi, ſeruienti ibidem,* proprietatem dimidii manſi - - dedimus etc. Item in *Chronico Wormatienſi:**) *Quod etiam bona Epiſcoporum et* DOMINORVM *ſiue* SACERDOTVM, *tam in corpore quam in bonis eorum erunt in tuitione ciuitatum.*

*) in D. de LVDEWIG *Reliq. T. II. p. 146.*

## OBSERVATIO
### DE VOCE:
# DOMNVS.
### §. XIII.

*Vox: Domnus in vſu fuit*

Sedulus vero Diplomatum, medii praeſertim aeui, ſcrutator ſaepenumero inueniet, vbi Perſonis Eccleſiaſticis, imo et Laicis, titulus hic tribuitur, eundem mutilatum eſſe, ita vt loco: Dominus, tantum legatur DOMNVS, de cuius ergo vocis fatis et notando inuicem diſcrimine pauca quaedam diſſerendi locus hic erit.

*iam primis poſt C. N. ſeculis.*

Iam primorum poſt Chriſtum natum ſeculorum monumenta vtramque vocem vſitatam fuiſſe oſtendunt, promiſcue tamen vſurpantur, nec certum quendam alterutrius ſignificatum produnt. Inde vero a medio Sec. VII. et circa initia Sec. VIII. perpetuum quendam et conſtantem vniuscuiusque ſenſum deprehendimus, qui ſequentibus, me iudice, regulis poterit determinari:

I. DEI vel Redemtoris noſtri, IESV CHRISTI, mentione facta, vbique integra vox *Dominus* legitur.

II. Pri-

II. Primi, qui Chriſtianam religionem amplexi ſunt, Imperatores id iam egerunt, vt ſolo *Domni* titulo vterentur, idque, vti TERTVLLIANVS *Apologet. C. 34.* ait, conſideratione ſanctiori et reuerentia Numinis, cuius cognomen *Dominus* eſt. Ita ANASTASIVS in *Vita Agapeti* ſcribit: *Agapetus P. R. miſſus eſt - - ad* DOMNVM IVSTINIANVM AVGVSTVM *in Legationem, quia eodem tempore Domnus Iuſtinianus - - indignatus eſt Theodato Regi etc.* Inſequentium annorum Romani Reges et Imperatores in Diplomatum a Cancellariis facta ſubſcriptione plerumque *Domni*, ab exteris, ipſorumque ſubditis *Domini* appellantur, quod ex Chartarum vetuſtiorum inſpectione latius patebit. Plura dabit exempla tam MABILLONII grande Opus, quam TENZELII *Vindiciae Conringianae pro Cenſura in fictit. Diploma Lindauienſe.* Inſtrumentum quoddam Donationis ab Henrico II. factae in Reuerendiſſ. FÜRSTENBERGII *Monum. Paterborn. p. 161.* Anno 1021. ita adhuc ſubſcribitur: *Data XIIII. Kal. Mart. Indictione IV. An. Dominicae Incarnationis Milleſimo viceſimo primo, Anno vero* DOMNI *Henrici Secundi regnantis XIX. Imperii autem VIII. Actum Paderbrun, feliciter. Amen.* *apud Imperatores,*

III. Pontifex Romanus promiſcue mox Dominus mox Domnus compellatur. FRODOARDVS ad a. 948. de Synodo Ingelheimenſi referens, ſcribit: DOMNVS *Agapitus Papa Vicarium ſuum mittit ad Othonem, propter euocandam et aggregandam generalem Synodum.* Sic etiam ſe habent verba formulae iuramenti, quod praeſtitit Pontifex Paſchalis II. Henrico V. Imperatori; DOMNVS *Papa Paſchalis non inquietabit* DOMNVM *Imperatorem Henricum.* *Pontifices,*

IV. Epiſcopi vero aliaeque Perſonae Eccleſiaſticae ex affectata quadam mentis demiſſione hanc vocem ſibi *Epiſcopos, et alias Perſonas eccleſiaſticas.*

tanquam propriam ſumebant, et in Epiſtolis aliisue Inſtrumentis publicis ſemet ita appellabant, vt oſtenderent, ſe quidem Dominos, ſed dum coeleſtia potius ſpirarent, tantum veluti quaſi Dominos ſeu Domnos eſſe. Idem hic mos obtinuit in Eccleſia Orientali, vbi Epiſcopi non Κυρίυς, ſed tantum Κύρυς, omiſſa litera ι vocari ſinebant. Quam ſtrenue huic legi inhaeſerint Abbates Monaſterii Caſſinenſis, §. XI. fuit allegatum.

*Principes,* V. Hic mos poſtea etiam inuaſit Cancellarias et Aulas Principum, cuius ratio in propatulo eſt: Cum enim non niſi Monachi, aut ab iis edocti, Cancellariorum et Secretariorum munere fungerentur, boni homines vel ex praeconcepta quadam opinione, honorificum eſſe Principibus Laicis, ſi eodem cum ſacris Perſonis titulo nominarentur, vel ex peruerſo ſeculi genio, Principes Laicos aeque ac Eccleſiaſticos *Domnos* tantum vel quod idem eſt, Ern, nominarunt.

*vsque ad Sec. XIV.* VI. Viguit haec conſuetudo ad finem vsque Seculi XIV. circa quod tempus adhuc vſus huius voculae inter Principes reperitur, cuius ad probationem tria adducam exempla, a V. C. WACHTERO in *Gloſſario* ſub voce ER. p. 376. allegata: In Charta quadam anni 1358. haec verba leguntur: Fer. ante Laetare pfleget Marggraf Wilhelm zu Meißen mit Rathe der Hochgebohrnen Fürſten, Ern Friderichs und Ern Balthaſars, ſeinen Bruder eine Eheberedung. it. alia Charta de a. 1385. Mittw. n. Neuen Jahre ſtiffteten Herzog Wenzel zu Sachſen und Landgraf Balthaſar zu Thüringen zwiſchen Er Friderich, Er Wilhelm und Er Jurgen Landgrafen zu Duringen und der Stadt Leipzig wegen der Gerichte einen Vergleich. Et Charta anni 1399. Mittwoch nach Eſto mihi eignet Her Friderich der Streitbare nebſt ſeinen Gebrüdern denen Dominicanern zu Leipzig

zig einen Weinberg. Teſtes die Erbarn und Geſtrengen, Er Peter, Tum-Probſt zu Merſeburg, Er Jan von Hugewitz ꝛc. Hiſce tribus ego et alia tria, quae ad eandem aetatem attingunt, ſubiungam: In Pacto Vnionis inter Guilielmum et Balthaſarem Thuringiae Landgrauios de a. 1387. in LÜNIGII *R. A. Part. Spec. Cont. II. p. 196.*: Wehre auch, das wir abgiengen von Todteswegen und lieſſen hinter uns an dem Leben Töchter und nicht Söhne, ſo ſoll unſer lieber Bruder, Er Balthazar = = dieſelbe ehrbarlich halten = = biß zu ihrer Beſtattung ꝛc. Item in Pacto Confraternitatis inter praefatum Balthaſarem atque Hermannum, Haſſiae Landgrauium a. 1392. inito: Darauf haben wir Herrn beyderſeits einander in Truwen in dy Hand gelobt und gegeben unſer Kinder, nemelichen wir Balthazar, Ern Frideriche unſern Sone, Jungvrauwen Margarethen des obgenannten Landgraven Hermanns Tochter und wir Herman unſere Tochter Margarethen Hern Frideriche des egenannten Hern Balthazars Sone, zu rechter Ehe ꝛc. Leguntur haec verba in MÜLLERI Reichs-Tags-Theatr. unt. K. Maxim. *II.* Vorſt. *c. 67. p. 568.* Quibus adhuc adde verba Confirmationis Priuilegiorum Monaſterii Doberlug de a. 1394. apud eund. MÜLLER. in des Staats-Cabin. *IV.* Eröffn. *p. 185*: Haben wir, Er Rudolf, unſer Majeſtät Inſigel an dieſen Brief heißen hängen, des Wir Er Albrecht und Er Wenzlaw zu diſer Zeit gebruchen. Tres hic commemorati Duces Saxoniae Stirpis Aſcanicae erant.

*vnde tranſiit ad nobiles,*

VII. Inde vero a Seculo XV. nulla amplius exſtant exempla, Principes, Comites aut, qui iis dignitate pares ſunt, Dynaſtas mutilo hoc titulo eines Ern vſos fuiſſe, ſed potius eo abhinc tempore inferioris ordinis nobilibus peculiaris factus eſt. Inueni adhuc ad con-

firman-

firmandam hanc theſin exemplum Seculi XVI. quando Albertus Dux Saxoniae in tabulis teſtamentariis apud Dn. GLAFEY in d. Kern der Sächſ. Geſch. *p. m. 1007.* eas ſe confeciſſe aſſerit mit Wißen - - und mercklicher Anzahl aus Prälaten, Grafen, Herrn, Ritterſchafft und Städten beſtimmter unſer Lande, nehmlich Herrn Heinrich des ältern, Herrn Heinrich des jüngern und Herrn Boten, Grafen und Herrn zu Stollberg und Wernigerode, Herrn Hugo, Burggrafen zu Leißnick, Herrn zu Pönick - - Ern Hanſen von Wetterde Ritter, Verweſer in Thüringen, Ern Heinrichs von Einſidel, Ern Heinrichs von Darſideln, Ern Heinrichs von Wizleben, Ern Otto Pflugs, Ern Heinrichs von Bünau, alle Rittere. Et in Catalogo nobilium ad ſolemnia nuptiarum Wilhelmi Ducis Saxoniae cum Brandenſteinia a. 1463. inuitatorum, etiam recenſentur: 5. Ehr Jhan von Wartenberg, Herr zu Tezſchin. 6. Ehr Albrecht von Koldiz mit den Herrſchafften und Städten zur Swydeniz. 7. Ehr Thyme von Koldiz mit den Landſchafften und Stedten von Görliz. 8. Ehr Nicol von Polenz, mit den Landſchafften und Stedten zu Luſiz. Leguntur haec in MÜLLERS Staats-Cabin. *IV.* Eröffn. *p. 214.*

*et ab illis etiam reiecta*

VIII. Cum vero etiam hi antiquatos ab aliis titulos faſtidirent, et honores maiori nobilitati adhuc proprios magis magisque ambirent, iisque prorſus aequari ſtuderent, integram vocem Domini, Herrn, ſuis praefigebant titulis, adpoſitis praeterea locis et terrulis, quarum intuitu Dominos ſemet profitebantur. Satis neruoſe hunc morem perſtringit laudatus MÜLLERVS in d. Reichs-Tags-Theatr. unter K. Fried. *V. p. 81.* in verbis: Diſe Demuth aber iſt hernach bey denen gemeinen Adelichen verſchwunden, indem ſie ſich nicht mehr

Er,

Er, ſondern Herrn, ja nicht bloßhin Herrn, ſondern auch auf eine ſolche Art, die einen Herren-Stand mit ſich bringt, als nehmlich Herrn davon, Herrn dortvon (nicht anderſt als ob ihre Nahmen ſelbſten, oder doch die bey etlichen wenigen Familien noch übrig gebliebene Stamm-Häuſer, ganze Herrſchafften austrügen) ſich unter ſich ſelbſt titulirt und tituliren laſſen.

IX. Reſtat igitur adhuc Ordo Perſonarum Eccleſiaſticarum. Quodſi Clericos Eccleſiae Romanae conſpiciamus, e librorum ab ipſis editorum inſcriptionibus aliisque Documentis ſatis abunde patet, frequentem adhuc inter eos vocis: Domnus vſum eſſe. De Noſtris autem MÜLLERVS *l. c.* ait: Welch Prädicat (eines Ern) heut zu Tag denen Geiſtlichen in unſern Kirchen von denen hohen Herrſchafften und ihren Collegiis pfleget gegeben zu werden. En formulam primariarum precum ab El. Frid. Wilh. Brand. ad Capitulum Magdeburgicum miſſam, apud LÜNIGIVM R. A. *Part. ſpec. Cont. II. p. 174.* vbi: Wir Friderich Wilhelm = = urkunden = = daß Wir Unſers Conſiſtorial-Raths, Ehrn Andreas Müllers Probſtens in Berlin, älteſten Sohn, Bonaventura Müllern, = = die primas preces, ſo Uns bey dem Stifft St. Sebaſtian in Magdeburg zuſtehen, in Gnaden verliehen ꝛc. Et, quod ſatis compertum habeo, hic mos adhuc in Saxonia ſtrenue ſeruatur, quod minus mirandum, cum quod ſemel receptum eſt in Cancellariis ſcribendi genus, Palladii inſtar, ſatis nonnunquam ſuperſtitioſe, ſeruetur cuſtodiaturque. *manſit adhuc apud perſonas eccleſiaſticas*

X. Vnam adhuc liceat, leuioris quidem momenti, obſeruatiunculam appendicis loco ſubiungere, nempe etiam in eadem Saxonia moris eſſe, vt artificibus vel honeſtioris conditionis opificibus, praeſertim qui aulae ſeruitia ſua ſpoponderunt, quando e Camera aut alio *et artifices.*

Principis Collegio ad eos mandata dantur, blandimenti loco titulus eines Ehrn tribuatur. Haec de voce DOMNVS.

§. XIV.

*Monitum generale.*

Progrediendum iam eſſet ad Perſonas Seculares, quarum Capita ſunt Imperator, Reges, aliique Principes et Proceres; cum vero in Parte ſecunda ſpeciali fuſe haec omnia diſcutiantur ac illuſtrentur, nil hic moror, ſed beneu. Lectorem, vt illam euoluat, rogo; alias autem quasdam obſeruationes, quae priuatos homines tangunt, aut ſaltem generalia potius, quam vt ad ſpecialem Partem referri potuiſſent, continent, tradam.

§. XV.

*De titulo Dominiſſimi.*

Dn. de LVDEWIG *de Iurib. Feudorum* ſingularem adhuc laudat caſum, cuius autem poſt ſolertem diſquiſitionem nullum amplius legere potui veſtigium. *Quae cauſa*, ait, *frequentis abuſus mouit etiam Principes aliquos, vt ſalutari vellent* DOMINISSIMI, *in Dominorum tanta cohorte.*

§. XVI.

*De voce: Herrle.*

In mores etiam iuit paſſim: vt parochiales ſuum Paſtorem ſalutent Dominum, vel in deminutiuo, vulgariter in vernacula das Herrle. In Belgio vocatur der *Domine* et a rerum ignaris Herr *Domine.*

Ill. de LVDEWIG aegre hunc morem ferens in *Iur. Feud. L. II. p.* 771. ita gloſſatur: *Parum congruá haec Clericis, iuxta diuinum illud Edictum:* nicht die über das Volck herrſchen, Gewaltige heißt man Herrn. *Miniſtri vox aequior magisque concinna teſſerae pontificiali Serui Seruorum. Verum ſuperſtitio veteris aeui* DOMINI *verbum tantum non proprium fecit ordini clericali. Diſplicuit ſacris collegiis fratris et confratris appellatio,* der Ordens-Brüder, *malueruntque verbum* DOMINI. Imo DIPPELIVS, Eccleſiae flagellum et σκύβαλον in ſcripto quodam ob dene-

ob denegatum Domini titulum acriter ita calumniatur: - - Da man doch dem Democrito ſolchen kleinen Herren-Titul bey denen Orthodoxis nicht mehr gönnen will, denen er doch ſchon längſt dargethan, daß er etwas unter ihnen zu ſagen habe. - - Wenn erſt der mit der Erbſünde ſchon angebohrne und durch die empfangene Ordination ſehr erhöhte und geſtärckte Pfaffen-Geiſt in die Ketzerey geräthet und ein Defenſor ſeiner gehabten Ordoxie wird, ſo iſt er ordinairement gantz unerträglich in ſeiner **Herrſchafft**, und ob man ihm ſchon das Wort: **Herr** in ſeinen Titul entziehet, ſo bleibt er doch in der That, wie man in Holland die Geiſtlichen ſalutiret, ein *Domine*, - - der ſeinen Unterdruckern allezeit zeiget, daß er nicht nur noch ein *Domine*, ſondern ſelbſt auch ihr *Domine*, oder *Domine Dominorum* bleibe.

## §. XVII.

In Variſcia et circumiacenti regione ruſticorum paruuli infantes auum ſuum non niſi **Herrle** vocant, auiam autem **Fräule**, iſto honoris verbo ſingularem obſeruantiam et cultum teſtaturi. *De ſignificatu vocis: Herrle in Variſcia.*

## §. XVIII.

*Iudices* ſaepius in Germania κατ' ἐξοχὴν *Dominos* fuiſſe compellatos, teſtantur antiqui ritus iudiciales, vbi v. g. quando Scabini fuerant congregati, exclamatum fuit: **Die Herrn ſind beyſammen.** Add. lectu dignam obſeruationem Ill. HEINECCII *in Elem. Iur. Germ. P. II. §. 157. p. 510.* *Iudices quoque Domini vocati*

## §. XIX.

Graecorum Iure etiam *Tutores* vocantur *Domini*, nempe pupillorum et eorum ſubſtantiae, τῶν παίδων Κυϱίοι καὶ τῆς ἐσίας ἀυτῶν, vti docet *S.* PETITVS *Comment. in L. Attic. tit. de tutelis in L. I.* *et Tutores.*

## §. XX.

Frequens etiam huius vocis vſus eſt, quem in Reſponſis Prudentum et Collegiorum Iuridicorum deprehendi- *Frequens vſus in Reſponſis Iuridicis.*

hendimus, vbi loco omnium elogiorum nude ponitur: v. g. Verlangen die Herrn (der Herr) von uns, was Rechtens, belehret zu ſeyn ꝛc.

§. XXI.

*Liberalitas Dominica apud Clerum.*

Saepe autem Domini vocantur noſtri, qui tales non ſunt, idque non tantum e quotidiana hominum conſuetudine, ſed in Actis Scriptisque publicis, vbi quaeuis verba ponderantur trutinanturque. De eo, quod Principes Laici perſonis Eccleſiaſticis, longe infra ipſos poſitis, hunc titulum fere obtruſerint, verba amplius non faciam, ſcimus id ſuperſtitioni temporum eſſe largiendum; At vero etiam hae ipſae in concedendo aliis hoc titulo admodum fuerunt liberales, licet nullius niſi Pontificis Dominatum reuereantur. Ita e ſexcentis aliis verba tantum adducam transactionis Rupertum inter Electorem Palatinum et Epiſcopum ac Capitulum Wormatienſe de A. 1387. in *Diarii Europ. T. XI. Append. t. VI. p. 81. et 131.* vbi: Wär es auch, daß hernach icht Brüche, Auflauff oder Zweyunge auferſtünde zwiſchen den obernannten Unſern lieben Herrn Herzog Ruprecht ⸗ ⸗ und Uns, Unſern Nachkommen, Stifft und Capitul; ⸗ ⸗ ſo ſollen Wir einen Obmann nehmen aus Unſer Herren der Herzogen, oder ihr Erben, Raith. ⸗ ⸗ Iſt aber die Klage und Anſprache von Unſerm Herrn, Herzog Ruprecht dem ältern, oder von Unſerm Herrn Herzog Ruprecht dem jüngern, ⸗ ⸗ ſo ſollen dieſelben Unſer Herrn ꝛc. Eſt ergo complacentiae verbulum, quo beneuolentiam et animos hominum ſub humilitatis quadam forma ſui in fauorem attrahant. Non poſſum tamen non, quin paucis hic moneam, Clerum etiam Laicos ob Aduocatorum et Patronorum munus in Monaſteriis etc. ipſis conceſſum, honorifico hoc elogio ornaſſe.

§. XXII.

Dn. de LVDEWIG in denen Gelehrt. Anzeig. *T. I. p. 487.* ingenioſe in hunc morem inquirit, quod vigiles nocturno tempore horas decantantes vbique in Germania phraſi vtantur: Hört ihr Herrn ꝛc. Verba ſunt ſequentia: Es iſt neulich von einem vornehmen Mann die Frage aufgeworffen worden: Woher es doch komme, daß durch ganz Teutſchland die Formul des Geſanges im Brauch: Hört ihr Herrn! laßt euch ſagen: Die Glocke hat = = geſchlagen ꝛc. bevorab da unter Bauren aufm Dorf das Herren-Wort ſehr ungereimt zu ſeyn ſcheinet. = = Daß man aber mit dem Wort Herren ſo freygebig iſt, ſolches mag von denen Römern und andern Völckern kommen, welche das Wort Meſſieurs, mi Domine, u. ſ. w. im leichtern Gebrauch haben, als die Deutſche den Nahmen Herren. In der Anrede bey den Römern hieße es: o ciues! o Quirites! und möchte man wohl an ſtatt: Hört ihr Herrn! füglicher: Hört ihr Leute! ſagen. *De formula: Hört ihr Herrn! etc.*

§. XXIII.

Quod reſtat, generatim notandum, vocem hanc omnium aliorum, quales demum cunque ſint, titulorum, ſummam veluti eſſe et complementum; eaque fucoſa titulorum ratio non noſtra demum tempora infecit, ſed Romanorum temporibus dudum fuit cognita, quorum hac in re leuitatem ipſi eorum Poëtae Scriptoresque teſtantur. Notum Epigramma MARTIALIS ad Priſcum, *Lib. I. Epigr. XCI.* *Vſus huius vocis vulgaris.*

*Cum te non noſſem,* DOMINVM *Regemque vocabam.*

Idem ille *Epigr. L. 5.* cecinit:

*Cum voco te* DOMINVM, *nolo tibi Cinna placere,*
*Saepe etiam ſeruum ſic reſaluto meum.*

et quae alibi canit:

*Fruſtra blanditiae venitis ad me, - -*
*Dicturus* DOMINVM *Deumque non ſum.*

et OVIDIVS *Am. Lib. III. C. 6.*

*Et mihi blanditias dixit* DOMINVM*que vocauit.*

SENECA etiam *Epiſt. III.* apte ſcribit: *Obuios, ſi nomen non ſuccurrat,* DOMINOS *vocamus.*

§. XXIV.

*et in eum inſanus amor.* Recte igitur, imo optime, hominibus immodica titulorum libidine aegrotantibus, grauibus remediis et mulctis inſania haec fuit temperata atque curata, cuius memorandum exemplum refert Ill. Dn. de LEYSER *in Diſſ. de Iniur. quae non faciendo fiunt p. 18.* Primo refert litem ecchipiarios inter et negotiatores (Cramer) in ciuitate quadam Imperiali de vſu vocis: Gilde obortam, quae vsque eo proceſſerat, vt hi Cameram Imperialem appellarent. Dein pergit: *Pendente lite Negotiatoribus citatio inſinuanda eſt. Tum Magiſtratus citationem, omiſſo Collegii titulo, ſimpliciter* DOMINIS NEGOTIATORIBVS, den Herrn Cramern, *inſcribit. Remittunt Negotiatores citationem, tanquam ſibi iniuriam, ſed a Magiſtratu propter inſolentiam hanc mulctantur. Iſtam mulctam declinaturi, Citationem, in qua citando debiti tituli non tribuantur, contumelioſam eſſe, atque ad comparendum non obligare, allegant, Magiſtratum vero, ſi quid iniurioſe faciat, priuatum eſſe et iniuriarum teneri, L. 32. de Iniuriis addunt. At ICti Helmſtadienſes, nihil, quod eis prodeſſe poſſit, allatum, M. Dec. An. 1722. reſponderunt. Rationem decidendi vide in* Clementina 2. Vt lite pendente nil innouetur. *Deinde ſi vel maxime Magiſtratus in omiſſione tituli perperam feciſſet, reuerentia tamen Magiſtratibus debita, vt rei leuem hanc offenſiunculam vel diſſimularent, vel ſaltem in poſterum obſeruanter deprecarentur, poſcebat. Reiicere et remittere citationem, remedium*

*dium erat ipſa offenſione atrocius. Quamobrem mulcta fuit confirmata ex his rationibus:* Beklagte haben eine ihnen von Obrigkeits wegen zugefertigte Ladung deßhalben, weil man ſie darinn die Herrn Cramer und nicht die Cramer-Gilde genennet, zurück geſchicket und ſeynd diſerwegen in 50. Thlr. Straffe verdammet worden, wogegen ſie denn Leuterung eingewendet. Wenn wir aber auch die Formalien bey Seite ſetzen wollten, ſo ſeynd die Materialien doch von nicht der geringſten Erheblichkeit. Zwar ſchützen Beklagte vor, eine Citation, worinnen jemand der ihm zuſtehende Ehren-Titul nicht gegeben wird, ſey vor iniurieus zu achten, anbey hätten ſie nichts aus Verachtung der Obrigkeit, ſondern alles in dem Abſehen, die ihnen anvertraute Iura der Gilde zu erhalten, gethan. Alldieweil aber der Obrigkeit nicht in den Sinn gekommen, der Cammer-Gilde ihre Gilde-Gerechtigkeit in Zweifel zu ziehen, und das Wort Gilde an ſich gar kein Ehren-Titul iſt, Beklagten auch dadurch Ehre genug wiederfahren, daß man ſie die Herrn Cramer und ihre *Contraparts* ſchlechtweg die Sattler genennet, = = hiernächſt und wenn auch der Titul in der Citation nicht recht eingerichtet geweſen, Beklagten dennoch obgelegen hätte, der Obrigkeit ſolches in gehöriger Submiſſion vorzuſtellen und um künfftige Aenderung anzuſuchen, keinesweges aber die Citation auf eine ſolche wider allen Obrigkeitlichen Reſpect lauffende Manier zurück zu ſchicken und zugleich mit der gröſten Halsſtarrigkeit, daß ſie der zur Verſuchung der Güte abgelaßenen Ladung keine Folge leiſten, nicht erſcheinen und ſich nicht vertragen wollten, zu declariren; So haben Beklagte nicht wohl gelinder geſtraffet werden können. Plura de hoc Themate exempla reperiuntur in *Obſeru. Eugenialogic. p. 148.* vbi: *Iudicatum fuit*

*fuit in Curia Brabantiae 26. Apr. 1659. in cauſa Procuratoris generalis Brabantiae contra quendam loci Toparcham, quo ipſe condemnatus fuit ad titulum Domini ſiue* Herre *et* Juncker *ſibi adſcriptum, et Dominae ſiue Madame vxori attributum illico expungendum. Idem iudicatum contra quendam Iur. vtr. Doctorem Louanienſem.* Et ſic ita in Gallia quoque obſeruari notat COQVILLIVS *Inſtit. Iur. Gallic. tit. de pluſieurs droits etc.* Rurſum in eadem Brabantiae Curia 15. Dec. 1660. alius loci cuiusdam Toparcha condemnatus fuit ad eradendum titulum Domini ſiue Herre ſibi attributum. Quinimo aliquando iudicatum eſt in eadem Curia nimirum 3. Ian. 1652. ne quidem literas: *DD.* nomini proprio poſſe anteponi, quaſi per eas titulus Domini et Dominae deſignaretur, in cauſa Fecialis. - - Idem iudicatum in eadem Curia 13. Ian. 1669. in cauſa Fecialis Ioſephi van der Leenen cum mulcta 50. florenorum.

## §. XXV.

*Edictum in Belgio.*

METERANO *in Hiſtor. Belg. Lib. 32. ad An. 1611.* referente lex lata fuit, aut potius renouata, ne Comitibus Magnatibusque alius quam *Veſtrae Dominationis* titulus, imo ne in epiſtolarum quidem inſcriptionibus maior vnquam tribuatur, caeteri vero *Vos* compellentur.

## §. XXVI.

*Graeuii circa hunc titulum conſuetudo.*

Admodum ſingulare eſt, quod de GRAEVIO, Critico celeberrimo, narrat FELTMANNVS l. c. p. 666. *Non culpandus, quin mage laudandus eſt, qui ad exemplum omnium totius orbis eruditorum, inter quos ſe familiam nunc ducere oſtendit, in dedicationibus, quas variis ſuis libris praemiſit, vir mihi amiciſſimus, Ioh. Georg. Graeuius, ne Regibus quidem aliisue maximis Principibus titulum Domini tribuit, quando Latine ad eos ſcribit, iisue libellos ſuos ſacros facit,*

*facit, quod ab illa re puritas Latini ſermonis plane abhorreat.*

## §. XXVII.

Foeminae, ſi quem nude Dominum ſuum compellitant, intelligi plerumque volunt Maritum, more inter illuſtres ac honeſtioris conditionis perſonas potiſſimum recepto. Ita *Sarae* Abramicae Coniugi in Epiſtola Petrina priori, C. 3. v. 6. in imitandam laudem vertitur, quod Maritum ſuum *Dominum* compellando obedientem animum et reuerentiam fuerit teſtata. Adde quae leguntur *dans les Lettres galantes et Hiſtoriques de Mad. de C.* vbi in *Epiſt. XIX. Ce Roi* (Caſimir de Pologne) - - *l'epouſa* (la Maréchalle de l'Hôpital) *ſecretement, mais non pas aſſez ſecretement, pour que la Dame n'ait pû le faire ſcavoir. - - J'etois chez Madem. d'Alleriac avec elle et je remarquois, qu'en parlant du Roi Caſimir, elle dit toûjours le Roi* MON SEIGNEVR, pour faire voir par là, qu'il étoit ſon Epoux. *Foeminae ita appellant Maritos*

Plura dabit Partis ſpecial. S. I. Caput. III.

## §. XXVIII.

Datur etiam hic titulus ſexu ſequiori natis, idque tam in literis priuatis et ex vſu loquendi, quam in Actis publicis; imo noſtro aeuo mariti coniuges ſuas vix adhuc appellant Vxores (Weiber) ſed Dominas, (Frauen) ex fece licet plebis natae ſint, quo tamen caſu potius tanquam nomen diſcretiuum ſexus, quam titulus honoris aeſtimandus eſt. De titulo hoc Madame eſt locus in *Obſeruationibus Eugenealogicis* p. 147. *Extat*, ſunt verba Auctoris, *epiſtola Philippi IV. Hiſpaniarum Regis ad Archiducem Leopoldum, Belgii tunc temporis Pro-Regem 2. Oct. 1651. qua declaratur ſolis viduis aut vxoribus Equitum aut eorum, qui vel ex ſtirpe illuſtri progeniti ſunt, vel dignitates eminentiores* *et hi ſuas vxores.*

*tiores poſſident, titulum* DOMINAE, *vernaculo* MADAME, *competere, atque ita iudicatum in Curia Brabantiae 10. Mart. 1661. in cauſa Fecialis - - - contra quendam Iur. Vtr. Licentiatum, et Oppidi Louanienſis Ex-Scabinum, eiusque vxori tituli* DOMINAE *aut* MADAME *vſus fuit interdictus.* Quomodo vero hic mos inter Perſonas illuſtres, noſtrae praeprimis Germaniae, ſeruetur, id in cit. Parte II. pluribus exemplis vberius commonſtrabitur.

Imitatur haec vox Domina, Frau, Italicum verbum *Donna*, quae cuiuis foeminini ſexus perſonae, etiamſi turpiori vitae deditae, aeque ac nobiliſſimae ſtirpis mulieri, tribuitur.

## §. XXIX.

*Obſeruatio de Theodora.*

Inſane hunc titulum deamauit Theodora Iuſtiniani Imp. Coniux, quae teſte PROCOPIO adeo ſeuere hoc vocabulum exegit, *vt illa ſe vnum diem viuere velle negauerit, vbi a ſalutantibus* DOMINA *non compellaretur*, narrante *Ezech.* SPANHEMIO in eleg. *Diſſ. de praeſtant. et vſu Numiſm. antiq. Ed. II. p. 730. 731.*

## §. XXX.

*Porro hoc nomine vocantur B. Maria Virgo,*

Id ſaltem hic notandum, etiam Perſonas Sacras et Eccleſiaſticas ſexus foeminini Dominae titulum ſaepe κατ' ἐξοχὴν fuiſſe ſortitas. In Eccleſia Romano-Catholica hoc nomine peculiariter inſignitur *B. Maria Virgo*, appellatur enim indiſtincte *Domina*, unſere liebe Frau, vt alios titulos taceam, et ſub hoc nomine ſaepiſſime in Chartis et Monumentis omnis aeui venit, templa etiam in eius honorem et memoriam exaedificata hoc elogio praefixo nominantur.

## §. XXXI.

*Abbatiſſae,*

De *Abbatiſſis* exempla legeſis ſequentia: A. 1326. Rudolfus Dux Saxoniae, in Charta quadam apud BECMANNVM Anhalt. Hiſtor. *P. III. L. I. C. 7. §. 8. p. 179.* notum

notum facit, quod DOMINE Iutte de Osde, *Abbattiſſe* Conuentus in Gernrode omne ius ſuum in villa Sulte- - donauerit. De Noſtris legitur Reſcriptum Ser. Georgii Ludouici, Ducis Brunſwicenſis ad Abbatiſſam et Conuentum Luhnenſem, apud PFEFFINGER. *Vitriar. ill. T. III. p. 97.* vbi: Es iſt Uns = = vorgebracht worden, daß = = die = = vacant werdende Präbende, nicht der = = von Uns nominirten = = conferiret, ſondern ihr jemand von Eurer, der DOMINAE Verwandtin vorgezogen werden wollte; Inſcriptio vero haec eſt: Denen Würdigen, Ehrbaren, Unſern lieben Andächtigen und Beſonderinnen, DOMINAE und ganzen Verſammlung Unſers Cloſters zu Lühne.

§. XXXII.

De *Canonicis* narrat THEODORICVS ENGELHVSIVS *in Chronico*, in *Vita Henrici Aucupis: Fundauit,* verba ſunt, *in Almannia vltra viginti Eccleſias, quas et abundanter dotauit, pro* DOMINABVS *ſecularibus, quae* Canonicae *nominantur, vtentes habitu Canonicorum regularium Ordinis S. Auguſtini, nullam tamen profitentes religionem; Nubunt in Domino quando volunt. Inuenta ſunt autem, pro ſuſtentatione* Nobilium, *pro fide Chriſti ab infidelibus occiſorum, ne talium filiae cogerentur mendicare, ſed in illis Monaſteriis ſuſtentatae, cum ad ſtatum nubilem proueniſſent, vitam eligerent, quam vellent.* **Canonicae.**

§. XXXIII.

Quod *Moniales Virgines* ita fuerint compellatae, bene multa Scriptorum teſtimonia edocent. Sic apud VGHELLVM *in Italia Sacra Tom. I. p. 330.* legitur. *Monaſterio S. Stephani, in quo Sancti Spiritus gratia inflammatus, ordinem* DOMINARVM incluſarum *inſtituere ſtatuit.* Morem hunc in Orientali etiam Eccleſia obtinuiſſe, quodque Κυρίαι, imo a Sororibus Κυρίαι ἀδέλφαι vocatae fuerint **Moniales.**

rint e *Vita Eupraxiae* refert Dom. DV FRESNE. Ita etiam S. HIERONYMVS in Epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis ſcribit: *Haec id circo, Domina mi, Euſtochium ſcribo. Dominam quippe vocare debeo ſponſam Domini mei.*

* * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

# SECTIO II.

## DE VARIO HVIVS TITVLI ET MVLTIPLICI SIGNIFICATV.

### §. I.

*Significatus huius vocis originarius.*

Dn. *Io. Ge.* WACHTER in *Gloſſar. ſ. v.* Herr hanc Domini generalem ideam proponit: *Herr vi originis eſt quidam ſiue aetate et ordine, ſiue auctoritate et iurisdictione caeteris quibusdam anterior et ſuperior, habet inferiores, in quos primatum exerceat.* Huic ego definitioni eo lubentius accedo, cum, ſi vſum ſolummodo honorificum et mere titularem excipias, ad omnes caeteros caſus commode queat applicari. Iam ad ſpecialiora progredior.

### §. II.

*Denotat Dominum Feudi.*

Si de cauſa Feudali ſermo ſit, ſub vocula Domini perſona, quae Feudum concedit, ſeu (vti vulgo appellatur) Dominus directus intelligitur; quod ex amplo Legum Feudalium Apparatu Literisque Inueſtiturarum fere innumeris luce meridiana clarius eſt. Id ſaltem notandum venit, in vernacula lingua, ob multiplicem vocis Herr ſignificatum, verbum: Lehen, plerumque, ſi non ſemper, praeponi, ita vt legatur Lehen=Herr.

§. III.

§. III.

Communis etiam huius vocis interpretatio eſt, vt *Principem,* ſumatur pro verbo: Dominus territorialis, Princeps, Imperans, Landes-Herr, ꝛc. idque tam e communi vſu loquendi, quam in ſcriptis actisque publicis. Legitur haec dictio in Pacto Amicitiae inter Imp. Carolum VI. Aug. Mem. et Electorem Colonienſem Clementem Auguſtum A. 1731. inito, in der vorläuffig. Beantw. der Bayr. Praetenſ. an die Oeſterr. Succeſſ. Beyl. 12. vbi: Erſtlich verbinden ſich Ihro Kayſerl. und Königl. Cathol. Maj. als Herr und Herrſcher Dero Erb-Königreiche und Landen ꝛc. Ille etiam huius vocis ſenſus ſubfuit Imp. Leopoldo, in Mandato ad Magiſtratus Subditosque Sabaudienſes, de non amplius agnoſcendo Duce Sabaudiae Victore Amadeo, de A. 1701. in FABRI Staats-Canzley *T. VI. p. 631.: Palam eſt et publicum, quem in modum* veſter *quondam* Dominus *et Sabaudiae Dux etc.* Adde verba Literarum Reuerſalium de A. 1249. quibus Thuringiae Proceres Henricum Miſniae Marchionem pro tali agnouerant, in Dn. WECK *Deſcript. Ciu. Dresdenſ. P. II. T. I. p. 155.: Nos - - notum facimus, quod - - Henricum, Marchionem Miſniae* - - pro vero Domino Noſtro *et Landgrauio Thuringiae habebimus.* Galliae Regis Caroli legatus apud Henricum VII. Anglorum Regem, dum raptum Annae Britannicae excuſare ſuſtinet, inter alia dicit: *Rex (vt omnes norunt)* DOMINVS *eſt* CAPITALIS *Ducatus Britanniae. Nuptiae Haeredis ad eum, tanquam Tutorem et Guardianum iure ſpectant etc.* [a]) Hunc quoque ſignificatum nitide expreſſum deprehendes in tabulis teſtamentariis Ser. Würtembergiae Ducis Caroli Alexandri, in der Würtemb. Grundfeſte ꝛc. vbi: ꝛc. ſondern Herr und Land in beſtändig gutem Vertrauen bleiben, herrſchen und dienen mögen; et in Charta

 quadam

quadam Buſſii, Dynaſtae de Elſterberg de A. 1315. in MÜLLERS Staats-Cabinet *II.* Eröffn. *p. 217.* vbi: Wir haben ouch unſe Viertheil, daß wir an der Statt zu Jehna hatten, ⸗ ⸗ an unſen Herrn den Marggraven gewißt, ⸗ ⸗ und die Bürger des Viertels haben ihm recht und redlich gehuldet, als ihrem rechten Herrn. Adde quae in Inſtrumento inter Ducem et Ordines Lotharingiae a. MCCCCXXV. confecto, [b]) verba leguntur: *Barones aliique nobiles viri Carolo VI. Duci promittunt, ſe Iſabellam filiam natu maiorem, - - pro Duciſſa habituros eique tanquam* DOMINAE *obedituros, - - quod ſi* (vero) *obeunte viro, Iſabella nuberet alteri ſine conſenſu Caroli patris, aut poſt huius obitum, ſine conſenſu trium Ducatus Ordinum, neque ipſam habituros pro Duciſſa, neque ei tanquam* DOMINAE *obedituros, neque procreatos ex tali copulatione liberos pro Ducibus habituros, neque illis tanquam legitimis* DOMINIS *obedituros: etc. etc.* Porro in publico inſtrumento, a. MCCCLXXIV. quo ſe Galliae Proceres Carolo V. Regi obligarunt, [c]) dicitur: *me quoad viuam, fidelem fore et vere obſequentem meo metuendiſſimo et ſupremo* DOMINO, *Domino Carolo Regi Franciae.*

a) apud BACONEM DE VERVLAMIO *Hiſtor. Henrici VII. p. 152.*

b) apud LAVNOIVM *de Reg. in matrim. poteſt. P. III. art. II, c. 25. p. 565.*

c) Extat apud LAVNOIVM *de Regia in Matrim. poteſt. p. 387.*

## §. IV.

*Patronum,* Nonnunquam Domini vox nudum Patrocinium ſeu Protectionis ius inuoluit. Ita legitur in Diplomate Sigismundi Imp. de A. 1435. apud LÜNIGIVM *R. A. Part. ſpec. Cont. 3. p. 150.* quo Hamannum de Offenburg Patronum ſeu Protectorem Figulorum, des Hafner-Hand-

werks

wercks von Ravenſpurg bis gen Straßburg, conſtituit, ibi enim: daß ihm auch die obgemeldte Haffner mit allen Dingen, als ihrem Haupt-Herrn, gehorſam ſeyn ſollten.

§. V.

Perſonae illuſtres ſequioris ſexus ſi Dominum ali- *Maritum,* quem nominant, plerumque Maritum ſuum denotare volunt.

§. VI.

Frequentiſſima eſt dictio in Chartis tam medii quam (*Quid ſignifi-* recentioris aeui, hoc vel illud fieri debere mit Rath *cet* Herrn und der Herrn und Freunde, de cuius ergo ſignificatu hic Freunde!) quaeritur. Equidem inter plurima, quae mihi in manus oculosque venerunt, exempla hunc triplicem ſignificatum deprehendi: 1. Plerumque denotat Agnatos aliosque omnes communi ſtipite gaudentes, qui hoc loco honoris tantum cauſa vocantur Herrn, re autem ipſa cum voce: Freunde coincidit. 2. Saepius hac dictione intelliguntur Domini directi, quibus quis nexu vaſallitico alioue obſtrictus eſt. 3. Rarius non tamen nunquam intelliguntur hoc titulo Status Prouinciales, praeſertim vbi olim magna erat eorum auctoritas.

§. VII.

Porro notandum, vocem Herr nude ſumtam ſae- *Magiſtratus.* pius indicare perſonas Magiſtrales, quod quidem ciuibus vrbium Imperialium notiſſimum eſt. Quam vero inique haec dictio audiatur tolereturque, teſtatur lepida illa hiſtoriola in Iacobi de KÖNIGSHOVEN Elſaß. Chronic. *C. 2. p. m. 123.* vbi: Do ſchicketent die von Stroßburg ire Botten zu dem Künige, das er in ir Friheit ſolte beſtetigen. Do die Botten zu dem Künige komment und ſprechendt: Unſer Herrn von Stroßburg hant uns zu eurern Gnaden geſant, daß ir inen ire Fri-

heit

heit beſtettgendt, alſo uver Vordern hant geton. Do wolte in der Künig keine entwarte geben, weder zu Spire, noch zu Stroßburg. Do furent die Botten dem Künige untzegen Kolmar. Do wurdent ſie underweiſet von einem, der dem Künige heimelich was, das ſie vor dem Künige nit ſoltent die von Stroßburg ire Herren nennen. Alſo giengent die Botten aber für den Künig und ſprochent: Gnediger Herre, uver Burger und Diener von Stroßburg hant uns zu uver Gnaden geſendet, um ire Friheite zu beſtetigen. Do ſprach der Künig: Ich wußte nicht, was Herren ir meinetent, do ir ſprochent, ir werent der Herren von Stroßburg Botten, aber ſit ir nun ſprechent, ir ſigent der minre Burgere Botten von Stroßburg, die kenne ich wohl. Men ſoll uch thun, das ir gefordert hant.

In animaduerſionibus Scripto cuidam a Mercatorum Norimbergenſium Collegio contra iniquas Magiſtratus oppreſſiones euulgato *) annexis, Auctor hunc in morem ita gloſſatur: Es iſt ſchwer zu errathen, warum der klagende Handels-Stand gleich zu Anfang vor das Wort: unſere Herren, welches mit größern Buchſtaben gedruckt worden, ein NB. geſetzt; Man kan hier allerhand dencken und doch nichts vor gewiß ſagen: Es kan ſeyn, daß er meynet, diſer Titul gebühre einem Wohllöblichen Rath nicht; - - Man begehret der Sache keinen Ausſchlag zu geben, ſondern bemercket nur, daß wer hierüber eine nähere Auslegung und beßere Gewißheit verlange, ſolche etwa - - in Kayſerlicher Majeſtät Worten finden möchte: „Wie nun Wir die Erkennung des „Schürſtabs - - in der Kayſerlichen und des H. Reichs „Stadt Nürnberg, wovon ihr nur zeitliche Verweſer oder *Adminiſtratores* ſeyd ꝛc.„ Dem Innhalt diſer

ſer Worte gemäß könnte es der klagende Handels-Stand auch wohl ſo meynen: Wer nur ein zeitlicher Verweſer über eine Reichs-Stadt und Reichs-Burgerſchafft iſt, der kan ſich derſelben Herrn nicht nennen, wann er nicht Kayſerlicher Majeſtät zu nahe reden und ſich etwas anmaſſen will, ſo ihm weder Kayſerliche Majeſtät noch das Reich eingeräumet; Allein, wie man ſchon geſagt, man kan es ſo genau nicht wißen, ob die Kaufmannſchafft an dieſen Schluß gedacht; wer der Sache gewiß ſeyn will, kan ſie ſelbſt fragen, ſie iſt ja alle Tage auf dem Herren-Marckt anzutreffen. - - paulo infra: dergeſtalt, daß ein ſolcher Bürger - - mehr in einer Woche, als zu Würzburg das ganze Jahr hindurch bezahlet, mithin ſind ja alſo Herrn diejenige, ſo ihre Einnahme 52mal höher gebracht, als ein ſo groſſer Reichs-Fürſt; und hätte der Handels-Platz bey denen Worten: unſere Herren eben kein zweifelhaftes NB. ſetzen dürffen.

*) Unpartheyiſch treu-meynend. Erläuter. einer unter dem Titul: Actenmäßige und wahrhaffte humillima Informatio etc. in Sachen Nürnberg c. Nürnberg, Commiſſionis, edirten Schrifft ꝛc. p. 49.

## §. VIII.

Denotat porro rei alicuius poſſeſſorem, quo de ſignificatu elegans eſt CICERONIS *in Officior. Lib. I. c. 39.* dictio: *Non domo Dominus, ſed Domino domus honeſtanda eſt;* et alio loco: *o Domus antiqua, heu quam diſpari dominare Domino.* PLINIVS *Paneg. Cap. 50. n. 1. Non enim exturbatis prioris Dominis omne ſtagnum - - immenſa poſſeſſione circumuenis.* LIVIVS *Hiſt. L. IV. c. 53. Iniuſti Domini poſſeſſione agri cedant.* *Poſſeſſorem.*

## §. IX.

Alia eſt huius voculae interpretatio, quando opponitur famulitio ſeu ſeruitio et cuilibet miniſterio, de *Magiſtrum.*

 qua

qua MACROBIVS *in Saturnal. L. II. Edit. Londin. p. 164. Nam et Maiores noſtri,* ait, *omnem Dominis inuidiam, omnem ſeruis contumeliam detrahentes Dominum patrem familias, ſeruos familiares appellauerunt, colant ergo te potius ſerui tui, mihi crede, quam timeant.* Eminentior autem eius ſignificatus eſt in Legatorum publicis item et familiaribus orationibus, ſiquidem hac praecipue formula vtuntur: Rex, Dominus meus.

§. X.

*Patrem familias,* Eſt etiam character Patribus familias antiquitus competens, cuius cum in Parte poſteriori illuſtria legentur exempla, hic tantum moneo, ex eadem hac ratione filios Principum ac Nobilium appellari die jungen Herrn, item die junge Herrſchafft.

§. XI.

*(Benedicendi formula eſt.)* Singularis etiam vox Domini benedicendi formula eſt inter Monachos Sancti Benedicti regulis adſcriptos recepta, de qua Domnus MARTENE *in Commentario ad Regul. P. S. Bened. p. 831. Edict. Paris.* ait: *Hanc Benedictionem petimus, dicendo: Benedicite et inclinando verſus illum, qui praeterit, qui ſi ſit Decanus vel multi temporis profeſſus, dicat:* DOMINVS. *Hinc etiam Regula Monachorum Caſſinenſium vetat: Si forte excommunicatus: Benedicite diceret, nullus Deus vel* DOMINVS *reſpondere debeat.*

§. XII.

*Rectores ſcholarum,* Rectores etiam ſcholarum voce hac notari teſtatur LVCANVS *Lib. V. verſ. 515.*

*Rectorem* DOMINVM*que ratis.*

et PLINIVS *in Epiſt. L. I. Epiſt. 25. Scholaſticis porro* DOMINIS, *vt hic eſt, ſufficit abunde etc.*

§. XIII.

*Doctorem,* Praeterea ex FELTMANNO *de tit. honor. p. 566.* videre eſt, apud Batauos eos, qui ſummos in Iure honores

res adepti, venire titulo *Heer en Meeſter*, nec Doctores appellari, niſi qui artem medicam exercent.

§. XIV.

*Tyrannus.*

Saepius etiam ſynonymon eſt vocis Tyrannus, vti in IVSTINI *Philipp. L. XXII. Cap. III.* de Hamilcare legitur: *Hunc vt* DOMINVM *et Tyrannum illum, vt proditorem arguentes, etc.*

§. XV.

*Obſeru. de Dominis ab Elz.*

Singulari quodam caſu vox Domini adplicatur in nobili familia ab Elz, ſiquidem in ea, teſtante Perill. ab IMHOF moris eſt, vt, quorum quorum Patres adhuc in viuis ſunt, vocentur Söhne von Elz, quorum autem iam defuncti, ipſi licet adhuc minorennes ſint, nominentur Herrn von Elz.

§. XVI.

*Formula Comitialis.*

Innocens quoque hic titulus ſubterfugium eſt, vt quem nullo alio laudare volumus elogio, nude Dominum compellemus. Celebre eſt huius teſtimonium, quae in Literis Principum Imperii ad Legatos in Comitiis praeſentes miſſis formula reperitur: Denen Herrn und Euch wollten Wir ꝛc.

§. XVII.

*Titulus Praetenſionum.*

Alius denique isque vſitatus huius tituli ſignificatus eſt, vt amiſſorum Regnorum et Prouinciarum dulcis memoria adhuc conſeruetur, licet de iisdem recuperandis omnis omnino ſpes fuerit abiecta. Sic CONRADVS *Vrſpergenſis* ad An. 1207. de Philippo, Sueuiae Duce refert: *Philippus, cum non haberet pecunias, quibus Salaria ſiue Solda praeberet militibus, primus coepit diſtrahere praedia, quae Pater ſuus Fridericus Imperator late adquiſierat in Alemannia, - - ſicque factum eſt, vt nihil ſibi remaneret, praeter* INANE NOMEN DOMINI TERRAE. Illuſtre etiam exemplum exſtat in titulis Auguſtiſſimi quon-

dam Imperatoris Caroli VI. qui praeter eos, quos ex paterna auitaque haereditate acceperat, omnes Hiſpanicos, [a]) quorum longiſſimus erat catalogus, ſubiunxerat, ita vt plenus Imperatoris titulus, ob prolixum in Cancellariis ſcribendi morem, integra duo folia compleret.

a) De amplis his et fucoſis titulis, quos praeprimis deamabant Hiſpani, obſeruationem lectu dignam habet *du* MONT *dans le Ceremonial Diplomatique T. II. p. 366.* vbi: *Les Rois d'Eſpagne prennent ordinairement de longs titres, en ayant emprunté la mode de Maures, qui comptoient autant de Royaumes, qu'il y avoit de grandes Villes et que les Caſtillans placérent enſuite dans leurs titres particuliers, à proportion, qu'ils en firent la conquête. Et lorsque les deux et principaux Royaumes furent vnis dans les Perſonnes de Ferdinand le Catholique et de ſon Epouſe Iſabelle, quelques-uns des grands Seigneurs Eſpagnols furent d'opinion, qu'on devoit ſe ſervir du Titre general de Roi d'Eſpagne; Mais parce-que les Rois de Portugal et de Navarre, dont les Royaumes étoient également compris ſous le Titre general d'Eſpagne, n'en auroient pas été contens, et que d'ailleurs on y rencontra encore pluſieurs difficultés, on prit à la fin la Reſolution, de ſpecifier tous les Royaumes et Provinces en particulier et il faut remarquer à cet égard, qu'en Eſpagne on n'incorpore jamais à la Couronne le païs conquis, comme on fait en France. On ſait, que le Roi François I. de France en deriſion des titres pompeux des Eſpagnols, joignit au titre de Roi de France celui de Seigneur de Vannes et de Goneſſe, deux petits villages, dont la prémiére fournit à Paris de bon pain et l'autre d'excellent beure. Et on dit, que ſur le même eſpace de Papier, dont les Eſpagnols avoient beſoin pour leurs grands titres, ce même Roi ordonna d'écrire: Franciſcus Rex Galliae, Galliae, Galliae etc. etc. etc.*

## §. XVIII.

*Elogium Mendicantium.*

Viliſſimus tandem huius tituli vſus eſt, de quo refert LIMNAEVS *Iur. publ. Lib. IV. C. 6. n. 71.: Mendicantes - - cum nulla corporis laborent parte notabili, qua poſſint*

*alios*

*alios ad commiſerationem permouere, ad blanditias properant et vno obulo Dominationes, Nobilitates etc. vendunt atque ita ex maioribus minora conficiunt Regalia; quibus illud Graecum reponerem:* οὐκ ἐθέχω Δόμινε οὐ γὰρ ἔχω δομέναι, *recuſo nomen Domini, quia non habeo, vt dem. - - Hac vero profuſione vtuntur non ſolum erga alios, e quibus aliquid lucelli ſperant, verum etiam inter ſeſe, vti ille Pragae obſeruauit, qui pannis et annis obſitos mendicos inter ſe inaudiuit quaerentes: an iſta die Dominus largam eleemoſynam ſuſcepiſſet.*

§. XIX.

Quaedam adhuc monenda veniunt de vario ſignificatu vocis: *Domina,* perſonis ſequioris ſexus tribui ſolitae, vbi praeter ea, quae praecedens Sectio iam laudauit, haſce obſeruationes adhuc ſubiungam. Eccleſia quandoquidem Dominae elogio ornata fuit, ita enim AVRELIVS PRVDENTIVS *in Cathemerinon Libro Edit. Heinſ. p. 160.* *Domina vocatur: Eccleſia,*

*Hic Rex* (Dauides,) *priorum Iudicum*
*Rexere qui Iacob genus,*
*Dominaeque Rex Eccleſiae etc.*

§. XX.

Archi Ducis Auſtriae primogenita Princeps Filia praecipuo nomine **der groſſen Frau** ſalutatur, teſtante et allegante hunc morem KVCHENBECKERO. *A. Duciſſa Auſtriae.*

§. XXI.

Porro ſingularis huius voculae vſus et ſignificatus eſt, quando Principes, praecipue e Germania noſtra oriundi, matrimonium cum perſona inaequalis conditionis ſeu ad morganaticam ineuntes, haſce ſuas coniuges ſolo titulo, Dominae, Madame, ſeu **Frau**, compellare iubent. Tale quoddam exemplum legitur de Rudolfo Auguſto, Duce Guelferbytano, qui matrimonio ſibi iunxerat Roſinam Eliſabetham Mentin, cuius Pater Du- *Coniuges Princ. morganatice nuptae.*

 ci

ci erat ab Epiſtolis, quam ſepoſito omni titulorum apparatu nude nominari iuſſerat *Madame Rudolfine*, quod factum in arce Hedwigsburg An. 1681. d. 7. Iul. narrante RETHMEIER in der Braunſchweig-Lüneburg. Chronic. *P. III. p. 1526.* Erneſtus quoque, Landgrauius Haſſo-Rheinfelſenſis, dum An. 1690. Alexandrinae de Düriczel manum dediſſet coniugalem, hoc exemplum ſecutus, in tabulis matrimonialibus ſtatuit: Ihr auch, nach dem Exempel eines vornehmen regierenden Fürſten, nach meinem Tauf-Nahmen Euch Frau Erneſtine ſollet nennen laſſen und kein Fürſtlich noch Gräflich Praedicat noch Titul praetendiren, noch annehmen. Praeterea in alio Decreto expreſſe cauit: Im übrigen dienet zur Nachricht, daß, wenn man von Ihr, oder aber auch ſie anredet, man Ihr keinen andern Titul, noch Prädicat, als allein von *Madame*, oder aber auch der Frau Erneſtina und des Fürſten zu Rheinfelß Ehe-liebſtin und gar nicht ein Fürſtlich oder Gräflich Praedicat zu geben hat, gemeine Leute und Diener aber, (weilen man doch denen Adelichen heut zu Tag faſt insgemein die Gnade gibt,) können ſolches Praedicat Ihr wohl geben. Im übrigen aber, wer da entweder aus affectirter Unwißenheit oder Einfalt, oder aber auch wohl aus Spott und Hohn, oder ſonſt aus einem oder anderm widrigen Affect hiegegen thun wird und ſie als eine Fürſtin und Gräfin tractiren will, ein ſolcher muß wißen, daß er gewißlich gar wenig Danck ſo wohl bey dem Fürſten, als auch bey Ihr, der Dame, ſelbſten verdienen, ſondern vielmehr ein nicht ausbleibendes Reſſentiment vom Fürſten ſich auf den Hals ziehen wird. Conf. LONDORP. *Act. publ. T. XVI. p. 635. ſeq.*

§. XXII.

§. XXII.

Viduae etiam illuſtres nonnunquam reſpectu Dotalitii (licet temporariae tantum ſint poſſeſſores) Dominae appellantur et ſemet ipſas appellant. Sic Eliſabetha, Friderici Admorſi, Miſniae Marchionis et Thuringiae Landgrauii Vidua in Diplomate de An. 1348. apud TENZEL. *Hiſtor. Gothan. Supplem. II. p. 126.* ita in praefamine nominatur: *Nos Eliſabetha, D. G. Thuringorum Landgrauia, Miſnenſis et Orientalis quondam Marchioniſſa,* Domina in Gotha. *Viduae illuſtres.*

§. XXIII.

De Italiae foeminis id prae reliquis tanquam vrbanitatis ſignum refert *Greg.* LETI, *) quod vna alteram titulo: *Voſtra Signoria* compellet. *(Italiae mores.)*

*) *L' Italia regnante P. I. p. 93.*

§. XXIV.

Denique etiam denotat Matrem familias, quare PAVLINVS ad Celantiam eleganter ſcribit: *Familiam tuam ita rege et conſtitue, vt te matrem magis tuorum quam* DOMINAM *videri velis, a quibus benignitate potius quam ſeueritate exige reuerentiam.* *Matres familias.*

§. XXV.

In medii aeui Documentis nonnunquam etiam Foeminae meretricio more viuentes vulgato **derer Frauen** nomine veniunt. Plura huiusmodi exempla producit Illuſtr. BVDERVS in *Amoenitat. Iuris Feud. p. 95.* Ita quondam ſupremus Duellorum in Auſtria Iudex (**Obriſter Kampf-Richter**) in beneficio habuit **das gemeine Frauen-Haus zu Wien.** Epiſcopus quoque Wirceburgenſis Comitem Principem Hennebergicum, tanquam Burggrauium et Eccleſiae Epiſcopalis Mareſchallum inueſtiuit **mit dem Frauen-Haus.** *Meretrices.*

* * * * * * * * * * * * * * *

# SECTIO III.

## SYNONYMA VOCIS DOMINVS COMPLECTITVR.

§. I.

*Germania vocis: Herr Synonymon non habet.*

Patriae noſtrae lingua vocis: Herr ſynonymon vocabulum nullum habet, indeque factum eſt, vt ob longe diuerſos eius ſignificatus, ei, quem proxime indicare volumus, ſingulare reique naturae conueniens epitheton praeponamus: v. g. Landes-Herr, Lehen-Herr, Schutz-Herr ꝛc.

§. II.

*De diuerſis in Gallia vocibus.*

Aliae autem nationes nobis confines de diſtinguendo vario Dominicae vocis ſignificatu magis fuere ſolliciti, praeſertim Galli, prout ſunt ingenioſi homines, omnia curate et nitide inueſtigantes ac diſtinguentes, hocce probe conſiderarunt, inde cuilibet ſignificatui ſeparatam vocem adſignarunt, quales ſunt quinque ſequentes:

1. *Sire*, 2. *Sieur*, 3. *Monſieur*, 4. *Seigneur*, 5. *Monſeigneur*;

quarum ſingularem naturam et vſum explicare ſtudebo, idque cum optime fiat, ſi ex ipſis fontibus hauriatur, verbis vtar Dictionarii Magni Regii, quod Academiae Scientiarum Regiae An. 1718. in duobus Tomis forma Regali impreſſi promulgarunt, iisque adhuc nonnulla de meis ſubiungam.

§. III.

§. III.

Prima inter has, quas recenſui, voces eſt *Sire*, de qua ita commentantur: 1) Vieux mot, qui ſignifioit autrefois Seigneur et dont on ne ſe ſert plus qu'en parlant de ceux, qui poſſedent des certaines terres, aux quelles ce titre là eſt comme attaché. 2) Il fut auſſi donné ſeulement aux perſonnes fort qualifiés. 3) Eſt preſentement un titre, qu'on donne par excellence ſeulement au ROI. Lectu etiam digna eſt obſeruatio, quam nobis expoſuit *Greg.* LETI in *Ceremonial. Hiſtor. è Polit. T. VI. p. m. 482.* cuius verba haec ſunt: Antiquiſſimo è il titolo di *Sire*, che ſembra affettato a' ſoli Rè di Francia, come in fatti deve eſſere, poiche fù trovato la prima volta dal Pontifice Adriano, e del quale ne inveſti Pipino, figliuolo di Carlo Magno, nel crearlo Re d'Italia, eſſendo queſta un'antica parola Italiana, che ſignifica in lingua commune Padre, volendo con queſto ſignificare Adriano, che Pipino con la Corona dovea aſſumere la qualità di Padre de' Popoli, e ſucceſſo à queſto Pipino Lodovico Pio, ch'inſieme Rè di Francia e d'Italia aſſunſe anche queſto titolo di *Sire*, che continuò ſucceſſivamente ne' ſoli Rè di Francia: ſino all'anno 1431. nel quale eſſendo ſtato coronato in Parigi con la Corona di Francia, Henrico VI. Re d'Inghilterra, reſtò nel medeſimo tempo inveſtito con queſto nome di *Sire*, et eſſendo poi ripaſſato in Inghilterra continuò à farſi qualificare con queſto titolo di *Sire*, onde dal quel tempo in poi reſto anneſſo al Rè d'Inghilterra, non ſolo il titolo di Rè di Francia, ma anche quello di *Sire*, che quantunque dovuto à tutti i Rè in riguardo della ſignificatione, pure in due Secoli i ſoli Rè di Francia prima, e d'Inghilterra poi l'han goduto da lungo tempo, non obſtante che eſſendo ſtato dato à Filippo II. Rè di Spagna,

*De verbo: Sire,*

gna, quando fù Rè d'Inghilterra, benche perdeſſe poi queſta Corona, non laſciarono molti ritornato in Spagna, di tratarlo con queſto nome di *Sire*, come ſpeſſo hanno fatto e fanno i ſuoi ſucceſſori, e pare che ſia divenuto anche commune ad altri Rè, però al Rè di Francia è più particolare. Addam adhuc, quae refert FELTMANNVS *de Titul. Honor. p. m. 303.* Licet quam plurimi ſint, qui SIRE in ſuis epiſtolis appellent Regem Galliae, et nouo verſu poſt interuallum, quod breuius longiusue eſt, prout gradu veluti dignitatis ab ipſo diſtat eiusue beneuolentiam captat, orationem incipiant, ad neutrum tamen potuit impelli Carolus Ludouicus Elector Palatinus, hic enim ſemper dixit *Monſeigneur* et eodem verſu vnum atque alterum verbum narrationis ſubiecit. Sed filius laudati Septemuiri et titulum *Sire* et verſum dedit, vt cum Gallis loquar, qui aiunt *donner la ligne.* Vocem Sire deſcendere a Gothica voce *Sibor*, tradit HICKESIVS in *Grammat. Theotiſca p. 98.*

§. IV.

*Sieur,* Ad vocem *Sieur* in ordine ſequentem ita commentantur Academici noſtri: 1. Eſt Eſpece de titre d'honneur, dont l'uſage ordinaire eſt renfermé dans les Plaidoyers, dans les Actes publics et autres Ecritures de même ſorte. 2. C'eſt auſſi un titre, qui ſe donne dans les Lettres miſſives et autres Ecritures particuliers par un ſuperieur à un inferieur. 3. C'eſt auſſi un terme, qui marque Seigneurie. Hiſce obſeruationibus aliquam etiam de meis ſubiungam: 4. Rex Franciae hoc titulo plerumque nominat Status Regnique Adminiſtros et quos ad exteros Principes mittit recipitque ab iisdem Legatos, quod ſequentia confirmabunt exempla: In Ratihabitione Pacis An. 1738. cum Imperatore initae, mox ſub initium legitur: Comme nôtre cher et bien

aimé

aimé *le Sieur* Marquis de Mirepoix etc. nôtre Ambaſſadeur auprès de nôtre trés-cher et trés-aimê frere l'Empereur des Romains - - auroit - - conclu - - avec *le Sieur* Comte de Sinzendorff etc. *le Sieur* Comte de Stahremberg etc. *le Sieur* Comte de Harrach etc. et *le Sieur* Comte de Metſch etc. le traité de paix etc. Et in eiusdem Regis Ratificatione Acceſſionis Regis Sardiniarum: Comme noſtre aimé et féal - - *le Sieur* Amelot, - - avec *le Sieur* Prince de Lichtenſtein - - et avec *le Sieur* Commandeur Solar - - auroit conclu etc.

§. V.

Sequitur haſce tertia vocula, admodum vſitata, *Monſieur*, quam ita explicant: 1. Titre, que l'on donne par honneur, civilité, bienſeance, aux perſonnés, à qui on parle, à qui on écrit. 2. Lorsqu'on dit Monſieur tout court, et ſans rien adjouter, enſuite *on entend parler du Frere du Roi.* 3. On dit proverbialement d'un homme et d'une femme, que l'on compare enſemble etc. Adde his, quod in patria noſtra titulus *Monſieur* ex vſu in hominum conſuetudine introducto inferiori loco habeatur, quam vocula Herr, vt, quem vel ob aetatem vel viliorem conditionem einen Herrn vocare nolumus, eundem appellemus *Monſieur.* Praeſertim hoc cadit in homines ſemiliteratos, ſcribas etc. vel etiam Mercatorum famulos aliosque. Quas iam laudaui, *Obſeruationes Eugenialogicae p. 147.* referunt, Edicto in Belgio lato d. d. 23. Sept. 1595. declaratum fuiſſe, quod titulus Meſſire ſolo Equiti aut Eccleſiaſtico, et ſolo Equitis vxori Madame competat, reliqui vero eodem Edicto ſolo titulo Monſieur et Mademoiſelle contenti eſſe iubentur, addita 30. florenorum mulcta ab iis incurrenda, qui vel ipſi ſibi indebitos hoſce titulos attribuant, vel indebite ſibi attribui patiantur. Sic, pergit *Monſieur.*

 Auctor,

Auctor, cum Nobilis Italus in ciuitate Antwerpienſi degens titulum Illuſtriſſimi Domini, vulgo Illuſtriſſime Seigneur, ſibi adſcripſiſſet, ad inſtantiam Fecialium - - in ſuprema Brabantiae Curia condemnatus fuit 22. Apr. 1660. ad titulum illum prompte relinquendum, illoque in poſterum deſiſtendum.

§. VI.

*Seigneur,* Tituli *Seigneur* hanc rationem exhibent: 1. Maitre, poſſeſſeur d'un Pays, d'un Etat, d'une Terre. 2. Maitre, poſſeſſeur d'une terre, qui a ſous elle des Fiefs, qui en relevent e. g. rendre hommage à ſon Seigneur. 3. On dit proverbialement: A tous Seigneurs, tous honneurs. 4. On donne le titre de Seigneur à quelques perſonnes diſtinguées par leur dignité, ou par leur rang, (inde Guilielmus Naſſouius in Apologia contra Hiſpaniam his verbis vtitur: *) Puis qu'il a plu à Dieu, de me faire la grace de naitre *Seigneur libre*, ſans relever de perſonne, que de l'Empire, comme les autres Princes et Seigneurs libres d'Allemagne et d'Italie.) pour leur faire plus d'honneur, e. g. Haut et puiſſant Seigneur. 5. On dit: Vivre en Seigneur, pour dire: Vivre magnifiquement. 6. On appelle Dieu le Seigneur. 7. Mais Ieſus Chriſt Notre-Seigneur. 8. On appelle l'Empereur des Turcs: Grand-Seigneur.

*) v. Hiſtoire des Provinces unies T. I. p. 321.

§. VII.

*Monſeigneur.* Addunt tandem titulum: *Monſeigneur*, de quo ita ratiocinantur: Il n'y-a, que Monſeigneur le Dauphin, qu'on appelle ſimplement Monſeigneur. Le titre *Noſſeigneurs* on donne principalement dans les Rêquetes, qu'on preſente aux Cours du Parlament. Praeterea etiam Ducibus aliisque illuſtri ſtirpe natis elogium hoc facile

cile tribuitur, de quo more Auctor *Obſeruation. Eugenio-logic. p. 147.* refert: *In Belgio Edictum latum eſt 23. Sept. 1595. quo - - ſoli Vicario Regio et Belgarum Gubernatori generali - - titulum Domini, id eſt* MONSEIGNEVR, *proprium eſſe declaratur.* Addere adhuc liceat elegantem obſeruationem *Greg.* LETI in *Ceremonial. Iſtoric. è Polit. T. VI. p. 529.* In Francia, ait, un ſolo è il *Monſeigneur*, in tanto non vi è Duca, non vi è Mareſciallo, non vi è Officiale, non vi è Gentilhuomo, che non permetta, anzi che non vuole, è che non ordini, che i ſuoi Domeſtici lo trattino e lo qualifichino con queſto titolo di *Monſeigneur*, che altro certo non s'intende per tutta la Francia mà vi è gran differenza perche il titolo di *Monſeigneur* nella perſona del Delfino, gira per tutto, e per tutto hà luogo, mà quello degli altri reſta ſepolto in Caſa propria: *Il Delfino è qualificato Monſignore da tutti Rè e Principi della terra*, ma gli altri dalla bocca di qualche paggio ò Staffiere, incitati à ciò dall'obligo della Servitù.

## §. VIII.

De Belgii moribus adferam adhuc obſeruationem WICQVEFORTII, dum in Tr. *de le Ambaſſadeur etc. p. 271.* ſcribit: *On croit faire* (en Hollande) *honneur à celui à qui on donne le titre de* Herr, *qui ne ſignifie en effet que* Sieur *ou* Seigneur, *et on prétend traiter avec quelque ſuperiorité ceux à qui on donne la qualité de* Monſieur, *qui dit certes quelque choſe de plus que* Sieur *ou* Seigneur, qui eſt le titre des Marchands de Brabant. *Belgarum Heer:*

## §. IX.

In Lingua Anglicana bina potiſſimum occurrunt vocabula, noſtro *Domini* aequipollentia. Primum eſt verbum: *Sire*, quo non niſi Regem appellare ſolent.*) *De voce Anglica: Sire*

*) Probe tamen diſtinguendum a voce *Sire*, vocabulum Anglicum *Sir*, quod idem eſt ac Seigneur, et tanquam character diſtinctiuus competit Baronettis, Equitibus balnei et calcarium aureorum, quod iubet Rex Iacobus in Diplomate, quo dignitatem hanc primo conſtituit, hiſce verbis: *Volumus etiam et per praeſentes, pro Nobis, Haeredibus et Succeſſoribus noſtris ordinamus, quod nomini horum Baronettorum eorumque Haeredum maſculorum, in Sermone Anglicano et omnibus ſcriptis Anglicanis praeponatur haec additio, videlicet Anglice* SIR etc. apud SELDENVM *de Tit. of Honour. P. II. C. 5. p. 582.*

## §. X.

*De verbo: Lord.*

Secundum in ordine honoris verbulum eſt: *Lord*, cuius autem ſignificatus variis aliis iterum ſubdiuiditur. Denotat enim 1. Proceres Regni, eorumque certam claſſem, qui in ſplendido Parliamenti Senatu ſedent, iique ab ipſo Rege hoc titulo inſigniuntur, quando ſolennia verba facit: *Mylords.* 2. Quaeuis perſona ex illuſtri ſtirpe nata vocula: *Lord* honoratur. Hanc diſtinctionem comprobat locus PEIRCII *in Vindiciis Fratr. diſſentient. in Anglia*, vbi ad verba *Actor. XVI, 30.* quando Paulus et Silas Κύριοι appellantur, ita gloſſatur: *Vellem equidem noſtrates id in memoria habere, vt ſi olim de noua vernacula Bibliorum verſione cogitent, haec loca emendari curent, blandaque illa, quae iam legitur, compellatione in magis honorificam, qua eos Optimates fuiſſe ſignificetur, mutata, vocem* Κύριος *non* SIR *ſed* MY LORD *reddant.* 3. Character eſt diſtinctiuus filiorum Ducis maiorum et minorum, quorum illi non Duces, ſed *Lords Marquis N. N.* hi vero ſimpliciter titulo *Lord* appoſito nomine baptiſmali vocantur: Porro et omnes Marchionis filii *Lords* compellantur, teſte SELDENO l. c. Tandem 4. in Bibliis Anglicanis nomen diuinum Dominicum voce *Lord* exprimitur.

§. XI.

## §. XI.

*De verbo: Don et Sennor.*

Lingua Hiſpanica et quae cum ea amice conſpirat Italica, laudat duas voces: *Don* et *Sennor* ſeu *Signor*, de quibus haſce tantum obſeruationes addam. Hiſpaniae Reges, qui Domini titulo itidem vtuntur, id praeterea moris habent, vt eundem ipſi ſuis nominibus praefigant v.g. DON *Phelippe por la gratia de Dios Rey etc.* quae vero conſuetudo ita in contemtum abiit, vt non infimae tantum plebis homines eum fuerint imitati, ſed ipſi quoque Iudaei, abiecti in Hiſpania homines, hunc titulum glorientur, allegante LÜNIG **in dem Europ. Ceremoniel** p. 20. Porro referunt *Obſeruationes Eugeniologicae p. 147.* Hiſpaniae Magnates, Marchiones, Comites et Legatos ſolo Dominationis titulo *Sennoria* contentos eſſe iuberi.

## §. XII.

*De voce: אָדוֹן*

Vocis: אָדוֹן varius in Sacra Scriptura ſignificatus eſt et de Summo Numine aeque ac hominibus vſu venit. Sic in Pſ. 136. v. 3. de Deo legitur: הוֹדוּ לַאֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים Gratias agite Domino Dominorum; et Maſorethae ad hanc vocem obſeruant, quod centum et triginta quatuor locis Bibliorum nomini diuino apppoſita inueniatur. Plura tamen deprehenduntur dicta, vbi tantum tanquam vocula honorifica ſumitur; ita enim *Gen.* XXIII. v. 15. Ephron Abrahamo dicit: *Mi Domine,* audias quaeſo me etc. porro *Gen.* XXIV. v. 18. Rebecca miniſtrum Abrahami alloquitur: Bibe, *Mi Domine etc. Gen.* XXXIX. v. 2. verbum hoc nomini: יהוה directe opponitur, quando de Ioſepho legitur: Dominus (יהוה) cum Ioſepho erat - - et vixit in Domini ſui (אדניו) Aegyptii domo. In Libris Samuelis, Regum et Chronicis vox haec communiter Regum titulis praeponitur, cuius tot exempla proſtant, vt ſingula allegare taedeat. Id certum eſt, compellationem hanc אדני־מלך illo tempore

eundem

eundem ſignificatum ac noſtratium formula : *Rex, Dominus meus*, habuiſſe. *Gen.* XVIII. v. 12. in ſoliloquio Sarae : Quandoquidem ego ſenex ſum - - et *Dominus meus* etiam ſeneſcit, verbum hoc אדן etiam reperitur.

§. XIII.

בַּעַל Porro autem offert ſe vox: בַּעַל, quae vario et multiplici ſignificatu vſu venit, proprie autem titulum Dominicum hoc modo explicat, quemadmodum inter coniuges, praeſertim ab Vxore erga Maritum, obſeruatur; quo ſenſu perquam eleganter in *Hoſ.* C. II. v. 16. legitur. וְהָיָה בַיּוֹם־הַהוּא תִּקְרְאִי אִישִׁי וְלֹא־תִקְרְאִי־לִי עוֹד בַּעְלִי *Compellabis me: Maritus meus nec amplius me nominabis: Dominus meus;* etſi B. Lutherus in verſione Germanica vocem: Baalim, propterea forſan retinuerit, quod cultus idolis ſub Baalim titulo notis exhibitus eodem tempore a Propheta acriter fuerit interdictus; ex mea tamen, ſi quid valet, ſententia vox: בַּעְלִי commode ſenſu myſtico Dominum hic denotare poteſt, eccleſiam nempe Iudaicam aliquando, praeteritae oblitam calamitatis, praeſertim noui foederis tempore, Iehouam non amplius: Dominum, cui reuerentia et timor debetur, ſed affectu amoris ſponſum imo Maritum nominaturam. *Prou. XII. v. 4.* vxor ſedula corona mariti ſui (בַּעְלָהּ) appellatur.

§. XIV.

ει: גְבִיר Supereſt denique vox: גְבִיר *Gen. XXVII. v. 29.* dum Iſaacus filio Iacobo his verbis benedicit : *Dominus* eſto fratrum tuorum, quae vox ſecundum radicem גָּבַר ſingularis vis, potentiae et conſilii virum denotat.

PARS

# PARS POSTERIOR
## SPECIALIS.

# CAPVT I.

## DE VSV HVIVS VOCIS ERGA ET INTER ROMANVM IMPERATOREM ET REGEM, ELECTORES, PRINCIPES ET RELIQVOS GERMANIAE STATVS.

### §. I.

Cum in Parte priori generalia quaedam de hoc Themate dicta fuerint, propius iam ea illuſtrabo, quae magis ad noſtra tempora et communis patriae ſtatum accedunt. Ordinis ergo ratio requirit, vt a Capite, quod eſt Imperator, ordiar. *Connexio Materiae.*

### §. II.

Domini titulus ab antiquiſſimis inde temporibus Imperatori datus eſt. Qui Antiquitatum et Inſcriptionum Romanarum lectione delectantur, plura huc facientia reperient in LAMBECII *Commentario Biblioth. Vindobonenſis* et *Ez.* SPANHEMII egregio *Tr. de Vſu Numiſmatum*, e quibus ſua decerpſit PFEFFINGER *in Vitriario illuſtr. T. I. p. 293.* Mitto autem haec nimis a ſcopo aberrantia et breuibus ſaltem, quae de priorum Seculo- *Obſeruatio generalis.*

 rum

rum Imperatoribus tradiderunt Auctores, hic ſubiungam.

§. III.

*De titulo Domini apud Auguſtum,*

De Auguſto, qui Romani Imperii iecit fundamenta, SVETONIVS *in Vita* ait: DOMINI *appellationem vt maledictum et opprobrium ſemper exhorruit. Cum ſpectante eo ludos pronuntiatum eſſet in mimo:* O DOMINVM *aequum et bonum! et vniuerſi quaſi de ipſo dictum exſultantes comprobaſſent, ſtatim manu vultuque indecoras adulationes repreſſit et inſequenti die grauiſſimo corripuit edicto,* DOMINVM*que ſe poſthac appellari nec a liberis quidem aut nepotibus ſuis vel ſerio vel ioco paſſus eſt atque huiusmodi blanditias etiam inter ipſos prohibuit.* Certe quidem hoc tam ſapiens quam neceſſarium edictum erat, cum Auguſto nil magis curae eſſe debuit, quam populo libertatis conſeruandae ſtudioſiſſimo omnem violenti dominatus ideam ac metum eximere.

§. IV.

*Tiberium,*

De *Tiberio* in eodem SVETONIO legitur: DOMINVS *appellatus a quodam denuntiauit, ne ſe amplius contumeliae cauſa nominaret.*

§. V.

*Claudium,*

Num *Claudius* Imp. titulo Domini ipſe vſus fuerit? SVETONIVS tacet, id tamen refert, iocantem alios hoc elogio nominaſſe: *Saepe hortando rogandoque ad hilaritatem homines prouocauit, Dominos identidem appellans, immiſtis interdum iocis.*

§. VI.

*Domitianum,*

*Domitianus* autem, eodem Auctore, elogium Domini non tantum ſibi tribui paſſus eſt, verum etiam ipſe primum arrogauit: *Acclamari,* ait, *in Amphitheatro epulari die libenter audiit:* DOMINO et DOMINAE *feliciter; - - Pari arrogantia cum Procuratorum ſuorum nomine formalem*

*malem dictaret epiſtolam, ſic coepit:* DOMINVS *et Deus noſter ſic fieri iubet.*

§. VII.

*Traiani* tempore morem hunc obtinuiſſe, teſtatur PLINII *Epiſtolarum* plenus prudentiae politicae *Liber VI.* vbi ad Imperatorem reſcribens mox ſub initium literarum non niſi *Dominum* eum appellat. *Traianum.*

§. VIII.

Antoninus Imperator *L. Deprecatio 9. ad Leg. Rhod. de jactu* ipſe ſemet gloriatur: *Ego quidem τȣ̃ κόσμȣ κύριος* etc. *Antoninum,*

§. IX.

Alexander Seuerus, annotante id in Eius Vita LAMPRIDIO *Cap. IV. Dominum* ſe appellari vetuit. Inde etiam STATIVS *I. Sylu. VI. v. 80.* *Alexandrum Seuerum,*

Tollunt innumeras ad aſtra voces
Saturnalia Principis ſonantes
Et dulci DOMINVM fauore clamant.
*Hoc ſolum vetuit licere Caeſar.*

§. X.

De *Diocletiano* refert AVRELIVS VICTOR: *Primus omnium poſt Caligulam Domitianumque* DOMINVM *ſe palam dici paſſus eſt et adorari ſe appellarique vti Deum.* Diocletianum

§. XI.

Hoc ſeculo Eccleſiis, tam Chriſtianae quam Iudaicae, graues vndique iniuriae et vexationes inferebantur, earumque cauſa inde poſt alias repetita fuit, quod Imperatoribus *Domini* titulum conſtanter negarent, hac praecipue ratione moti, quod Domini vox ex huius aeui conſuetudine pari paſſu cum nomine diuino ambulabat, prout id Domitiani et Diocletiani exempla docent, hoc autem, quin homini tribuerent, religionis leges vetabant. Quod tamen Chriſtianos attinet, neruoſe eos *Vexae Chriſtianorum*

defendit TERTVLLIANVS *in Apolog. Cap. XXXIV. Auguſtus*, ait, *Imperii formator, ne Dominus quidem dici ſe volebat, et hoc enim Dei eſt cognomen. Dicam plane Imperatorem Dominum, ſed more communi et quando non cogor, vt Dominum Dei vice dicam. Ceterum liber ſum illi. Dominus enim meus vnus eſt Deus omnipotens et aeternus, idem qui et ipſius. Nihilo tamen minus debitum Principi honorem libenter dediſſe veteres Chriſtianos, teſtatur B. Polycarpus in Epiſtola Smyrnenſi, vbi quidem Caeſarem Dominum appellare negat, paulo tamen poſt expreſſe ait: Praeceptum nobis eſt, vt magiſtratibus et poteſtatibus a Deo conſtitutis honorem debitum exhibeamus, qui nobis ipſis nihil noceat.*

## §. XII.

*et Iudaeorum.* Iudaei, quorum mentionem feci, de Iudae Gaulanitae ſecta erant, et *Flau.* IOSEPHVS auctor eſt, quantis cruciatibus, fruſtra tamen, cogi voluerint, Imperatoribus Domini titulum attribuendi. Ipſa IOSEPHI narratio *Lib. VII. Bell. Iudaic. C. 37.* his verbis concepta eſt: Πάσης ἐπ᾽ αὐτοὺς βασάνου καὶ λύμης τῶν σωμάτων ἐπινοηθείσης, ἐφ᾽ ἓν τοῦτο μόνον, ὅπως αὐτῶν Καίσαρα Δεσπότην ὁμολογήσωσιν, οὐδεὶς ἐνέδωκεν οὐδ᾽ ἐμέλλησεν εἰπεῖν, ἀλλὰ πάντες ὑπερτέραν τῆς ἀνάγκης τὴν αὐτῶν γνώμην διεφύλαξαν, ὥσπερ ἀναισθήτοις σώμασι χαιρούσῃ μονονουχὶ τῇ ψυχῇ τὰς βασάνους καὶ τὸ πῦρ δεχόμενοι. Μάλιστα δ᾽ ἡ τῶν παίδων ἡλικία τοὺς θεομένους ἐξονομάσαι τοσοῦτον ἄρα τῆς τῶν σωμάτων ἀσθενείας ἡ τῆς τόλμης ἰσχὺς ἐπεκράτει. *Omni genere tormentorum et vexatione corporum in eos excogitata, ob hoc ſolummodo, vt Caeſarem Dominum faterentur, nemo ceſſit, neque dicere velle viſus eſt, ſed omnes illa neceſſitate validiorem ſententiam conſeruare; tanquam brutis corporibus, non animis etiam cruciatum ignemque conciperent. Maxime vero puerorum aetas miraculo ſpectantium fuit. Nec enim vel eorum quiſ-*

*quam*

*quam commotus eſt, vt Dominum Caeſarem nominaret; vsque adeo corporum infirmitatem vis audaciae ſuperabat.*

§. XIII.

*Iulianum.* *Iulianus* etiam, Auguſtum et imitatus et Tiberium, *Dominum* ſe appellari vetuit atque nomen hoc tanquam inuidioſum ſuſtulit, quemadmodum in *Miſopogone p. m. 66.* narrat.

Id tamen nomen poſt fata Iuliani ſtatim reductum fuit.

§. XIV.

*De titulo orbis terrarum Domini.* Saeculorum, quae ſequebantur, Imperatores, Domini, Auguſti, aliosque ſplendidos titulos adfectabant, imo *Orbis terrarum Dominos* laudari patiebantur. Quae de Dominio hoc Orbis Imperatori Romano proprio adulatores propugnarunt, pene allegare taedet. Iam Seculo poſt Chriſtum natum ſecundo vanitas haec inuaſit et a Chriſtianis Imperatoribus aeque fuit propagata. Nota eſt, quae in Comitiis Roncaliis acta fuit, hiſtoriola, quam poſt MORENAM *de Reb. Laudenſ. ad an. 1158.* refert Ill. LEIBNITIVS in *ſcriptor. Rer. Brunſuic. p. 818. Cum Dominus Imperator,* inquit, *ſemel equitaret, ſuper quodam ſuo palafreno, in medio Doctorum Bulgari et Martini, exquiſiuit ab eis: Vtrum de iure eſſet Dominus Mundi? et dictus Dominus Bulgarus reſpondit: Quod non erat Dominus, quantum ad proprietatem: Dominus vero Martinus dixit: Quod erat Dominus: et tunc Imperator, cum deſcendiſſet de palafreno, ſuper quo ſedebat, fecit equum preſentari dicto Martino. Bulgarus autem, haec audiens, dixit haec elegantia verba: Amiſi equum, qui dixi aequum, quod non fuit aequum.* Factum eſt inde, quod huius ſeculi ICti, maieſtatis Imperatoriae adaugendae ſtudioſiſſimi, interque eos *Cynus, Hoſtienſis, Iaſon,* reliqui, illimitatum Caeſari imperium in omnem orbem tribuerint, eo vsque, vt BARTOLVS *l.*

*hoſtes*

*hoſtes ff. de captiu. et poſtlim. reuerſ.* ſtatuat: *Et forte ſi quis diceret, Dominum Imperatorem non eſſe Dominum et Monarcham totius orbis, eſſet haereticus, quia diceret contra determinationem Eccleſiae, contra textum S. Euangelii, dum dicit: Exiit Edictum a Caeſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.* Eodem ſtylo vſi ſunt Romani in literis ad Conradum III. Imp. quae leguntur in GOLDASTI *Conſtit. Imperialib. p. 261. Excellentiſſimo atque praeclaro vrbis et* ORBIS TOTIVS DOMINO, *Conrado, D. G. Romanorum Regi, ſemper Auguſto, Senatus Populusque Romanus, Salutem et Romani Imperii felicem et inclytam gubernationem.* Similia prodit Friderici II. **Antwortung von dem Kayſerdom, ind von dene hilligen Römiſchen Rych,** de An. 1240. apud GOLDASTVM *P. IX.* **der Reichs-Händel** *p.* 222. vbi: **Dem Keyſer van Rome ſyn alle wertlichen Fürſten ind Herrn underdain, ind alle Fürſten ind Volck intfain von dem Kayſer, der eyn Herr der Werlt is, yre Gueder.** Plura dabit curioſis PFEFFINGERI *Vitriar. illuſtr. T. I. p. 375. ſeqq.* Fuſe ſatis, ſed ſuperflue hanc quaeſtionem diſcuſſit etiam LIMNAEVS *ad Capit. Ferdinandi IV. p. 863.* vbi ſingulari Capite *Stamlerum* de Reſeruat. Imp. Imperatori, ex ſua ſententia, plus iuſto tribuentem refutat et demonſtrat, eum nil niſi Adminiſtratorem et quidem ſupremum Dominum in Imperio, ſed non ipſius Imperii Dominum eſſe. Conferenda cum his *Henr. a* COCCEII *Diſſertatio de Dominio ſeu Imperio Orbis An. 1711.* Francofurti habita, et Ill. quondam *de* LVDEWIG *in Tr. de Iure Reges appellandi* extans Obſeruatio in *Opuſc. miſcell. T. I. p. 45. ſeq.*

§. XV.

*De titulo Domini Rerum.* Scriptores quoque mediae aetatis Imperatores quandoquidem non adiecto nomine natalitio nude DOMINOS RERVM ob eminentiam appellant, cuius exemplum

emplum eſto SYMMACHVS *L. X. Epiſt. 36.* vbi: *Sciui, meliorem eſſe iudicum cauſam, quae* RERVM DOMINIS *reſeruatur;* item WITICHINDVS in *Praef. Annal. Saxon.* vbi inter alia: *In qua ipſe* RERVM DOMINVS *Henricus I. regnauit;* et *C. 1. Defunctus eſt* RERVM DOMINVS, *C. 2. in princ. A* DOMINO RERVM *Henrico olim deſignatum.*

§. XVI.

Haec ex Antiquitate; quae vero noſtris adhuc temporibus circa hunc titulum vſu veniunt, (ea enim potiſſimum acturus ſum) ſequentibus, me iudice, abſoluuntur. *Tranſitus.*

§. XVII.

Vsque ad mediam Seculi XVII aetatem in Diplomatum aliarumque Imperatoris literarum ſubſcriptione ab Archi-Cancellario vel potius eius vices gerente facta haec formula legitur: *Ad Mandatum* DOMINI *Imperatoris proprium;* hodienum autem huius loco ponitur: *Ad Mandatum Sacrae Caeſareae Maieſtatis proprium.* Origines huius conſuetudinis demonſtrat Dn. ECKHARD in eleganti *Introductione in Rem Diplomat. p. 143. ſqq.* *De ſubſcriptionibus nominis Caeſarei.*

§. XVIII.

Inter elogia Dominica, quibus Imperator Germaniae noſtrae tam ſemet ipſe compellat, quam ab aliis ornatur, eminet titulus Aduocati vel eines Schirm-Herrns Eccleſiae Chriſtianae. Ita enim in Receſſu Imperii Auguſtano de An. 1530. §. 9. legitur: Wie Uns als Römiſchen Chriſtlichen Kayſer, Oberſten Vogt und Schirm-Herrn der heiligen Chriſtlichen Kirchen, von Amts-wegen, unſerm Gewiſſen nach, gebühret. *De titulo eines* Schirm-Herrn der Kirche,

§. XIX.

Alia Imperatoris in Actis publicis haud rara compellatio eſt tanquam *Domini Imperii.* Exemplum habe in Literis Imp. Sigismundi de An. 1429. ad Treuirenſem *item Domini Imperii.*

 et

et Colonienſem Archi-Epiſcopos, in MÜLLERI Reichs-Tags-*Theatro* unter K. *Frid. V. P. V. C. 13. p. 460.* So ſeyn Wir ein Römiſcher König, zukünfftiger Kayſer und Euer und des Reichs gemeiner Herr. Imo Rupertus Palatinus, quem Electores tempore captiuitatis Wenceslai Vicarium Imp. conſtituerant, ipſe in literis publicis 1394. ſe nominauit: an unſers Herrn des Römiſchen Königs ſtatt Vicarium des H. R. Reichs. LIMNAEVS quidem *ad Capitulat. Ferdin. IV. p. 864.* ait: *Imperator proprie dici non poteſt Dominus Imperii, quoniam Imperium non eſt eius res propria ſeu patrimonialis;* addit tamen: *Poteſt autem dici quoad prouidentiam Domini loco haberi et appellari Dominus honoris ac reuerentiae cauſa, quam illi debent vaſalli ac ſubditi Imperii, ſic nempe eſt ſupremus Dominus Imperii;* quem vero refutat B. TREVER de *tit. offic. Imp.*

§. XX.

*porro* eines obriſten Lehen-Herrn,

Frequentiſſimus eſt Imperatoris titulus eines obriſten Lehen-Herrn im Reich, cuius dictionis exempla lubenter omitto, cum in omnibus fere Inueſtiturarum tabulis haec formula occurrat: Haben Wir als Römiſcher Kayſer und Oberſter Lehen-Herr im Reich ꝛc. item: hat er Uns, als einen Römiſchen Kayſer und ſeinen rechten Lehen-Herrn ꝛc.

§. XXI.

eines obriſten Reichs-Feld-Herrn,

Singulare etiam eſt, quod Imperatori nonnunquam tribuitur, elogium eines Reichs-Oberſten-Feld-Herrn; cuius documentum eſto, quod in Literis auocatoriis Ferdinandi III. ad exercitum Imperii legitur: Ihr ſeyd, als unſere und des heiligen Reichs Völcker, ſchuldig und verbunden, von Uns, als Römiſchen Kayſer und Obriſten Feld-Herrn ꝛc. LONDORP. *Act. publ. T. VI. L. 3. C. 113. p. 197.*

§. XXII.

§. XXII.

Porro etiam appellatur Imperator *vnicus Dominus Iudaeorum in Orbe terrarum*, ſecundum verba Diploma- tis a Carolo V. An. 1544. Iudaeis dato: **Uns darauf, als Römiſchen Kayſer, zu dem ſie als ihrem rechten einigen Herrn und Beſchirmer auf Erden ihre Zuflucht und Hoffnung tragen** ꝛc. RÖSLER *de Protector. Caeſar. p. 162.* Idem legitur in Reſcripto Aug. quondam Caeſaris Caroli VII. dd. 13. Maii 1743. **Daß die ⸗⸗ Juden ⸗⸗ als von Alters her ſo genannte Cammer⸗Knechte, einem jedesmahligen Römiſchen Kayſer, als Dero Oberſten Schutz⸗Herrn, ⸗⸗ die Cron⸗Steuer ⸗⸗ zu erlegen ſchuldig ſeyd;** allegante Ill. PERTSCHIO in *Orat. de Iure Imperat. exigendi a Iudaeis aurum Coronarium p. 5.* *et* oberſten Schutz⸗Herrn der Juden.

§. XXIII.

In Ordinatione Cancellariae Imperialis Aulicae a Maximiliano II. conſtituta, vocula **Herr** Imperatori ſenſu peculiari tribuitur, opponitur enim Archi-Cancellario Moguntino; ita autem ſe habent formulae iuramentorum a miniſtris Cancellariae praeſtandorum: **Der Vice⸗Canzlar (Secretarien, Taxator, Regiſtrator ꝛc.) ſoll geloben und einen Eyd zu GOtt und den Heiligen ſchwören, daß er zuförderſt Uns, als dem Herrn, und dann unſerm Neven und Churfürſten, dem Erz⸗Biſchofen zu Maynz, als unſerm Erz⸗Canzlar, getreu, gehorſam und gewärtig ſeyn wolle ꝛc.** Conferri meretur elegans Diſſertatio Dn. TREVER ſ. t. *Iurisprudentia publica circa titulos officii Imperat. Göttingae 1737.* *De ſenſu vocis:* Herr, *in Ord. Cancell. Imp. Aul.*

§. XXIV.

Rex Romanorum Imperatorem Auguſtiſſimum, in Literis aliisque Documentis, vbi vtriusque mentio fit, *Dominum ſuum* appellare ſolet. Indeque Regem Romanorum Maieſtatem non habere, ſatis peruerſe tradit, *Rex Rom. Imperatorem vocat Dominum.*

RVMELINVS *ad Aur. Bull. P. I. Diſſ. 2. Concl. 9.* Antiquitus hoc ſcribendi genus moris fuiſſe, plura vetuſtioris aeui Diplomata abunde teſtantur; Sic Henricus Rex Romanorum in Epiſtola ad Fridericum Imperatorem apud SCHANNAT. in *Vindem. literar. T. I. p. 192.* ſcribit: *Cariſſimo Genitori ſuo ac* DOMINO *Magnifico, Romanorum Imperatori S. Aug. Henricus Dei Gratia et ſua Romanorum Rex S. Aug. cum filiali dilectione debitam in omnibus reuerentiam.* Maximilianus II. in Prooemio Receſſus Imp. Auguſtani de An. 1566. ait: Nachdem Wir bey Lebzeiten = = Herrn Ferdinanden, Römiſchen Kayſers, unſers geliebten **Herrn und Vaters**, hochlöblichſter gottſeeliger Gedächtniß, = = zum Römiſchen König = = gecrönet worden, daß Wir gleich alsbalden nach zeitlichen Abgang gedachtes unſers geliebten **Herrn und Vaters** ꝛc. Ferdinandus III. cum An. 1636. in Romanorum Regem fuerit electus et, num Auguſtiſſimus Imperator in Electionem conſentiat, ex eo quaeſiuerit, hunc in modum locutus eſt. etc. Allergnädigſter Kayſer und **Herr**! daß Ew. Kayſerl. Majeſt. auf Dero Herrn Churfürſten, deroſelben beſchehenes unterthänigſtes Anbringen, wegen vorgangener und auf meine, zwar wenige, Perſon, dirigirten Wahl eines Römiſchen Königs ſich allergnädigſt gefallen laßen, deſſen thue ich mich ganz unterthänigſt bedancken = = und ſo thue ich mich, nach dem Willen GOttes und Ew. Kayſ. Maj. gnädigſten Befehl, wie auch der Herrn Churfürſten Begehren, hiemit gebührend ſubmittiren. vid. LONDORP *Act. publ. T. IV. L. III. C. 89. p. 612.* In Inſtrumento Succeſſionis terrarum Domus Auſtriacae, Ioſephus tunc temporis Romanorum Rex, ſub finem ita loquitur: *Et Nos Ioſephus, Dei gratia* ROMANORVM - - REX, - - *profitemur, quae iſto inſtrumento continentur, ab*

*Auguſto*

*Auguſto* IMPERATORE, DOMINO ET PARENTE *noſtro benigniſſimo - - diſpoſita eſſe.* Idem legitur in Inſtrumento Ceſſionis Monarchiae Hiſpanicae, Fratri, Regi Carolo III. factae: *Teſtamur, - - omnia ſuperius deſcripta ab* AVGVSTO DOMINO ET PARENTE *noſtro ſumme venerando - - decreta.* Idem ille, poſtea electus Imperator, in Reuerſalibus Literis, quas ſub primordio Regiminis Electoribus tradebat, hiſce in compellando Patre Aug. Leopoldo formulis vtitur: Als dem allweiſen GOtt ⸗ ⸗ gefallen, den ⸗ ⸗ Herrn Leopoldum, Römiſchen Kayſer ꝛc. unſers gnädigen und geliebten Herrn und Vaters Majeſtät und Ebden. glorwürdigſter Gedächtniß ⸗ ⸗ zu ſich zu nehmen. Ratio quidem huius ſcribendi generis in propatulo eſſe videtur, cum, quos ab aliquot Seculis in Romanorum Reges ſcimus electos, ipſi Imperatorum filii fuerint, hinc, non attenta Regia dignitate, certe ob filialem reuerentiam hoc ipſis elogium lubenter dederint debuerintque. Excipe ſolummodo caſum Ferdinandi I. Fratris Caroli V. Imp. in hoc honoris faſtigium elati, cuius prorſus alia et ſingularis dictio eſt, qua vſus fuit, cum in Conuentu Electorum de abdicatione Caroli V. ſententiam Fratris ſui proponeret. Verba autem haec ſunt: Die Sachen wären alſo geſchaffen, daß ⸗ ⸗ die Kayſerliche Majeſtät, Ihrer Königlichen Majeſtät Vater und Bruder, an Dieſelb ein Schreiben mit eigener Hand gethan ꝛc. ⸗ ⸗ Da es nun nit anders geſeyn mögen, ſo hätten Ihre Königl. Maj. die Sachen an die Churfürſten wollen gelangen laſſen, ⸗ ⸗ für Ihrer Majeſtät Perſon aber, wie Sie jederzeit der Kayſerlichen Majeſtät gehorſamer Sohn und Bruder geweſen, als wollten ſie in dieſem und andern ſolchen Gehorſam und brüderlichen

Willen anhangen. V. Dni *Parentis* Teutſches Staats-Recht T. *VII. p. 38.*

*) Eundem ſtylum etiam in exteris Regnis inualuiſſe, teſtatur *du* MONT *dans le Ceremonial Diplomatique T. I. p. 468.* vbi Delphinum ad Regem ita ſcribere affirmat:

*Mon Seigneur*

Votre très-humble et très-obeïſſant Fils, Serviteur et Sujet.

Au Roi, *Mon Seigneur* et Pere.

## §. XXV.

*Non autem Imper. Regem Rom.*

Imperator autem Regi Romanorum *Domini* titulum nullo vnquam tempore tribuit.

## §. XXVI.

*De titulo:* Herr, Herr.

Status et ſubditi Imperii in compellando Imperatore vocem Herr geminare ſolent, eumque nominant allergnädigſter Kayſer und Herr, Herr, idque tam verum eſt, quod Ven. *Parens* in der Einleitung zum Reichs-Hof-Raths-Proceß T. IV. p. 518. peculiari exemplo probet, ante aliquot annos libellum ſupplicem pro renouanda inueſtitura, cui vox: *Domine*, bis non antepoſita fuerit, ab excelſo Iudicio Imperiali Aulico, conſulta prius Cancellaria Imperiali, retraditum fuiſſe. Sunt quidem variae de huius ritus origine eruditorum ſententiae: ſunt inter eos, qui geminum hunc titulum incuriae ſcribarum tribuunt, quod autem vix vllam veri ſpeciem habet, cum, quanta cura ad Imperatorem literae concipiantur et exarentur, probe ſciamus, potius eo ſummum animi cultum mentisque deuotionem ſcribentes indicare voluiſſe putauerim et, ſi quid coniecturis dare licet ad ſummi Numinis imitationem et quaſi Dominum Dominorum Imperatorem compellando hoc elogio vſos fuiſſe crediderim. Aliud quoddam praeiudicium

dicium ſuppeditat Dn. de LVDEWIG in der rechtlich. Erläuter. der Reichs-Hiſtor. vbi *p. 726. §. 39.* hunc in modum loquitur: ohngeachtet auch die Land-Stände, Grafen und Herrn im Lande, welche auch deßwegen Domini terrae, ſelbſten Land-Herrn, wie der Herzog Herr-Herr geheißen ꝛc. quam interpretationem vocis: *Imperator* proxime ad hunc ſcribendi morem occaſionem dediſſe videtur. At nil moror, cum in re potiſſimum ceremoniali bene multa ſint, cuius ſolida et ſana ratio reddi non poteſt, niſi tritum illud: Vſus ita inualuit, allegare velis. Hoc ex ſententia eorum, qui priorum temporum Acta publica, literas ad Imperatorem datas aliaque huius generis documenta inueſtigarunt, verum eſt, vix duorum ſeculorum ſpatium eſſe, ex quo circa titulos Imperatori tribuendos certum aliquid fuerit ſtatutum, docent enim vetuſtiora duobus ſeculis exempla, mox compellatum fuiſſe, allergnädigſter Herr, mox gnädiger lieber Herr, geminum autem Domini elogium rarius, ſi non nunquam, obuenire. Notatu tamen hic dignum eſt, Imperatorem Leopoldum Aug. Mem. elogium: Herr Herr praecipue cum Legatus Turcicus verba coram eo feciſſet, haud acceptaſſe, raro prorſus in tanto faſtigio pietatis exemplo. Vid. Leben Kayſ. Leopolds des Großen. p. 157.

§. XXVII.

*Electores Imperatorem vocant: Herrn Vetter.*

Electores (ſi non omnes) praeter vocem Herr, Imperatorem adhuc Dominum Cognatum, Herrn Vetter, aut, ſi Regia fulgeant corona, Bruder appellant. Coloniae et Bauariae Electores hunc morem ſeruare affirmat Dn. *Parens* in dem Teutſchen Staats-Recht T. III. p. 46. De Palatino exemplo eſto Iohannes Guilielmus Elector, in Literis ad Imp. Carolum VI. An. 1712. miſſis (quas ex MSpto edidit PFEFFINGER *in Vitr. illuſtr.*

T. *III.*

*T. III. p. 606.)* quibus confirmationem geſtorum durante Vicariatu efflagitauit: Allerdurchlauchtigſter = = Ew. Kayſ. Majeſt. ſeynd meine unterthänigſt-gehorſamſte Dienſte allezeit bereit, allergnädigſter lieber Herr und Herr Vetter: in ſubſcriptione: E. K. M. unterthänigſter, getreueſter, gehorſamſter und verpflichtigſter Vetter und Knecht beſtändigſt biß in meinen Tod, Johann Wilhelm, Pfalzgrafe, Churfürſt. De Moguntino et Treuirenſi vix exempla reperientur, Auguſtiſſimum vnquam Cognatum ſuum nominaſſe. De Regibus eorumque ad Imperatorem ſcribendi more Caput ſequens latius diſſeret.

§. XXVIII.

*Imperator Electores Dominos non vocat,*

Imperator nulli Electorum, niſi Regio ſuperemineat titulo, multo minus reliquis Imp. Statibus, Domini elogium attribuit, puta in Literis Reſcriptisque Caeſareis ad ſingulos datis. Quando autem collectiuo nomine Electorum mentio fiat, in Conuentibus, vbi Imperator cum Electoribus in ipſa perſona comparet, Domini compellantur, prout id ſaltem videtur iuxta exemplum, quod legitur in oratione Imperatoris Leopoldi, qua Electores de eligendo Romanorum Rege admonet, *) cuius aliquot verba haec ſunt: So hab ich doch vor höchſt-nöthig geachtet, mit denen geſammten Herrn Churfürſten rc. et in fine: und werden es gegen Ew. Lbden ſo wohl, als die abweſende Herrn Churfürſten in Freundſchafft = = erkennen rc.

*) Extat in Relatione MSpta de Electione Ioſephi, quam Optim. *Parens T. VIII.* des Teutſchen Staats-Rechts *p. 340.* inſeruit; add. LONDORP. *T. I. L. 5. C. 44.*

§. XXIX.

*nec in Capitulatione Domini nominantur.*

Si in Capitulationis Lege, ad quam Imperator neo-electus adſtringi ſolet, Electorum mentio fit, nunquam

quam honorificus Domini titulus adponitur. Tentabatur quidem id in Electionis Conuentu poſt obitum Caroli VI. habito, idque eo magis, quod Imperator quemque Cardinalium, etſi e mendicantium ordine ad hanc dignitatem fuerit euectus, Dominum compellaret. At vero, cum ſtylus in Capitulatione adhibendus hanc formulam plane neſciat, hic mos etiam porro ſeruabitur, cui accedit, quod in Capitulatione Caroli VII. ne ipſe quidem Imperator Domini elogio fuerit honoratus. Vnicus tamen in tota Capitulationis lege locus occurrit *Artic. III. §. 6.* quo vocula *Domini* Electorali titulo appoſita legitur, cuius ratio eſt, quod Elector Colonienſis An. 1658. haec verba cuidam ſuo Monito inſeruerit, eaque non attentis formulis in ipſa Capitulatione fuerint retenta, prout id ex Actis Electionis demonſtrat *Dn. Parens in Commentario ad Capitulat. Car. VII. Part. III. p. 12.*

## §. XXX.

*De titulo Domini et Dominatoris.*

Titulus: *Domini et Dominatoris* ab Imperatore Romano etiam nonnunquam vſurpatur, quando de ſe tanquam abſoluto Domino Regnorum et prouinciarum auitarum et haereditariarum loquitur. Sic Imp. Carolus VI. Aug. mem. in pacto cum Electore Colonienſi Clemente Auguſto A. 1731. inito formula vtitur: **Erſtlich verbinden ſich Ihro Kayſerliche und Königliche Catholiſche Majeſtät, als Herr und Herrſcher Dero Erb-Königreiche und Landen ꝛc.** Idem Auguſtiſſimus Pactum An. 1728. inter Saxoniae Electorem et Principem Landgrauium Haſſo-Caſſellanum ſancitum An. 1733. Art. 8. cauit tanquam **regierender Römiſcher Kayſer und Herr und Herrſcher Dero Erb-Königreiche und Landen**, cuius diſtinctionis diſcrimen docet *Deductio Moguntina* **wegen des Frey-Gerichts** de An. 1737. p. 59. ſq.

* * * * * * * * * * * * * * * *

# CAPVT II.

## DE EIVSDEM VSV INTER IMPERATOREM ROMANVM ET REGES EVROPAE.

### § I.

*Imperatores olim a Regibus Domini vocati.*

Domini elogium Imperatori Romano antiquitus attributum fuiſſe, Collectiones Domnorum *du* CHESNE et MABILLON abunde demonſtrant, quorum hic reuerendae aetatis documenta adducit, duo nempe literarum Theodeberti Regis Francorum ad Imperatorem Iuſtinianum fragmenta, quarum initium eſt: DOMINO *illuſtri, inclito, triumphatori ac ſemper Auguſto, Iuſtiniano, Imperatori, Theodebertus Rex;* item: DOMINO *illuſtri et Praecellentiſſimo* DOMINO *et Patri, Iuſtiniano Imperatori, Theodebertus Rex.* Vt alia taceam.

### §. II.

*Vſus hodiernus varius.*

Quod autem ad propinquiorem imo noſtram aetatem attinet, verum eſt, quod, qui bene diſtinguit, bene doceat, praeſertim cum in re ceremoniali pene tota certi quid ſtatui non poſſit, niſi ad exempla et obſeruantiam recurratur, ex huius denique conſenſu regulae ſtabiliantur. Hac ingrediens via poſt ſollicitam inquiſitionem deprehendi, vniuerſali theſi heic locum non dari, potius ſtylum Curiarum ſummorum Europae Regum mirum in modum inuicem differre, optimum tandem conſilium eſſe, quidquid exemplorum ſe offerat, adponere, vt ex iis ipſis, quale ſcribendi genus ſit, comprobetur. Probe tamen notandum eſt, titulum

Domini

Domini, quo Imperatorem Reges compellant, ſolummodo honoris ſymbolum eſſe, cui omnis notio, quae eminentiam quandam aut ſuprematum ſentit, dudum eſt reſciſſa atque remota, cum Reges Europae omnem inter ſe potentatum prorſus neſciant, imo, ex recentiorum quorundam ſententia, Imperator primus tantum in Ordine ſit.

§. III.

Petrus I. Ruſſorum Imperator in literis Cancellariae Germanici idiomatis dd. 2. Ian. 1714. Imperatorem Romanum Carolum VI. Aug. mem. nominat: **Durchlauchtigſter und Mächtigſter Herr, Freund und geliebter Bruder.** *Stylus Imperatoris Ruſſiae,*

§. IV.

Rex Galliae in literis manu ſua ſcriptis Imperatorem Aug. compellat: MONSIEVR, *mon Couſin;* easque inſcribit: *A L'Empereur* MONSIEVR *mon Couſin.* *Regis Galliae,*

§. V.

Rex Hiſpaniae in Literis e Cancellaria Regia ad Imperatorem Romanum miſſis eum compellat: *Hiſpaniae,*

In Initio: *Sennor.*

In Inſcriptione: *Al Sereniſſimo muy Alto y muy Poderoſo* SENNOR, *El Emperador Mi Tio y Hermano.*

§. VI.

Carolus II. Magnae Britanniae Rex ad Imperatorem Leopoldum ſcribens hoc ſtylo literas ordiebatur: *Carolus II. Dei gratia M. Britanniae, Franciae et Hiberniae Rex, Fidei Defenſor, Sereniſſimo, Potentiſſimo et Inuictiſſimo Principi ac* DOMINO, *Leopoldo etc. Salutem.* Anna autem Regina in literis d. 8. Apr. 1702. conceptis titulum Domini duplicabat: *Sereniſſimo - - Principi ac* DOMINO, DOMINO *Leopoldo etc.* *Magnae Britanniae,*

§. VII.

*Sueciae,* Carolus XI. Sueciae Rex, in Epiſtola *) ad Imperatorem Leopoldum miſſa, qua de electione filii, Ioſephi, in Regem Romanorum gratulatur, hac vtitur formula: *Sereniſſime et Potentiſſime Imperator*, DOMINE *Frater*, *Conſanguinee et Amice chariſſime.*

*) in LONDORPII *Actis publ. T. XVI. p. 633.*

§. VIII.

*Boruſſiae,* Fridericus I. Boruſſiae Rex in Literis ad Imperatorem Romanum dd. 6. Oct. 1705. hoc ſtylo vſus fuit: **Durchlauchtigſter, Groſsmächtigſter, Ew. Kayſerl. Maj. ſind Unſere beſondere freundwillige Dienſte und was Wir ſonſten viel mehr Liebes und Gutes vermögen, bevor, beſonders freundlich vielgeliebter Herr Vetter und Bruder.**

§. IX.

*De formula: Domine Frater.* Reges, qui electione tales fiunt, ſi nati Principes non ſunt, titulo *Fratris* inter Imperatorem et Reges ſolito, vocem *Domini* apponunt; quod fecit Iohannes III. Poloniae Rex in Literis ad Imperatorem datis. *)

*) vid. Parentis Abhandlung von dem Bruder-Titul unter groſſen Herrn, in *Opuſc. Academicis.*

§. X.

*Imp. Reges Dominos appellat,* Imperator nominibus Regum in literarum Inſcriptionibus titulum Domini apponit.

§. XI.

*ſub certis limitibus.* Stylus autem Cancellariae Imperatoriae in titulo Domini Regibus tribuendo ſollicite diſtinguit, num ſimul nexu feudali Imperio Germanico obſtricti ſint nec ne? Ita enim literae ad Carolum Sueciae Regem datae ordiebantur: Sereniſſimo - - Principi AC *Domino*, Carolo etc. Regi autem Poloniae qua Electori ſimul Saxoniae,

xoniae, et Regi Boruſſiae, vt Electori Brandeburgico ſcribendo, literae tantum incipiunt: Dem Durch⸗lauchtigſten ⸗ ⸗ Fürſten, Herrn Auguſt ꝛc. Herrn Friderich ꝛc.

* * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

# CAPVT III.

## DE TITVLO DOMINI, QVATENVS EO VTVNTVR REGES INTER SE.

### §. I.

*Qua ratione Reges ſe inuicem Dominos compellent.*

Reges Europae in mutuo literarum commercio titulo Domini hac ratione vtuntur, vt tantum ſub initium epiſtolae in ſalutis oblatione, denique in Inſcriptione, porro autem neque in ipſa compellatione neque in contextu, ponatur; e. g. *Georgius, Dei gratia Magnae Britanniae Franciae, et Hiberniae Rex Sereniſſimo et Potentiſſimo Principi,* DOMINO *Carolo XII. eadem gratia Suecorum, Gothorum Vandalorumque Regi etc. Fratri, Conſanguineo et Amico noſtro cariſſimo ſalutem. Sereniſſime et Potentiſſime Princeps, Frater, Conſanguinee et Amice cariſſime.*

### §. II.

*De formula: Dominus Rex*

Frequens etiam eſt obſeruatio, quod loco elogii: *Sacrae Regiae Majeſtatis*, nude ponatur vox: *Domini*. Ita Sigismundus Rex Poloniae in Literis ad Burggrauium Regni Bohemici An. 1519. miſſis ſcribit: *Venerunt his diebus ad nos Oratores inſignes Sereniſſimi* Domini Regis Gallie, *referentes, qualiter nonnulli Principes Chriſtiani et Electores Imperii eundem Sereniſſimum* Dominum Regem Gal-

 lie

lie *poſtulauerunt, vt ad Sedem Imperii conſequendam animum ſuum induceret; - - Sciens autem, Sereniſſimum* Dominum Regem *Ludouicum, nepotem noſtrum cariſſimum, votum habere etc.* In tractatu pacis inter Philippum IV. Hiſpaniarum Regem et Ordines generales Belgii foederati Monaſterii initae *art. I.* ſimiliter legitur: *Premiérement le dit* SEIGNEVR ROI - - *que les dits* SEIGNEVRS *Etats Generaux etc.* item in Tractatu Commerciorum Carolum II. Angliae Regem inter et Ordines Belgii foederati de An. 1674. *art VI. ſiue ad ſubditos* DOMINI REGIS, *ſiue ad* DOMINORVM *Ordinum ſpectauerint etc.* porro in Tabulis Pacis inter Regem Galliae et Reginam M. Britanniae An. 1713. Traiecti ad Rhenum concluſae *Art. I. Omnes inimicitiae - - inter* DOMINAM REGINAM *Magnae Britanniae et* DOMINVM REGEM *Chriſtianiſſimum - - ceſſent etc.*

De ſpeciali autem cuiusque Regis Curiae ſtylo pauca haec addo.

§. III.

*Quo ſtylo Rex Galliae vtatur, in literis Cancellariae*

Rex Galliae in literis idiomate Gallico et quidem quae in Cancellaria concipiuntur nulli Regum, multo minus reliquis Principibus, titulum Domini tribuit, ſed tantum *Frere* vel *Couſin* eos nominat, prout id poſtulat cuiusque ſtatus et honor, teſte LÜNIGIO *l. c. p. 71. ſqq.* qui multis exemplis id comprobauit.

§. IV.

*et manus ſuae,*

Rex Galliae literas manu ſua ad exteros Reges conceptas hac formula ſalutandi incipit: MONSIEVR, *mon Frere.*

§. V.

*eiusdem*

Rex Galliae in literis, quibus Regi Hiſpaniae mortem Cardinalis Mazarini nuntiat, hunc ſalutat: MONSIEVR, *mon Frere, Oncle et Beaupere.*

§. VI.

§. VI.

Delfinus Regem Hiſpaniarum in literis manu ſua ſcriptis earumque initio compellat: *Monſieur*, in inſcriptione: *Au Roy d'Eſpagne Monſieur mon Oncle.* v. LÜNIG *l. c. p. 78.* *et Delfini ſtylus erga Hiſpanum.*

§. VII.

Delfinus, Regni Francici Haeres, ſcribendo ad Auguſtum Parentem, Regem, ſub initio epiſtolae eum nuncupat: *Mon Seigneur;* eamque inſcribit: *Au Roi, mon Seigneur et Pere.* *Delfini mos ad Regem Patrem ſcribendi.*

§. VIII.

Quantum ad *Hiſpaniae* Regnum attinet, An. 1623. ſingularis circa hunc titulum ordinatio promulgabatur, *) cuius praecipua capita ſunt: Vt literis ad Regem datis tantum inſcribatur: *Al Rey nueſtro Sennor;* Regi, Domino noſtro; introitus epiſtolae tantum voce: *Sennor*, ordiatur; Principibus e Regio ſanguine natis ſimiliter titulus: *Sennor*, attribuatur; elogium autem, *Sennoria Illuſtriſſima* tantum Cardinalibus, Archi-Epiſcopo Toletano, tanquam Primati Regni; tandem vox: *Sennoria*, nonniſi Marchionibus, Comitibus, Magnis Ordinum Regis militarium Commendatoribus, Praeſidi Regiminis, Regis Vicariis, ſummis exercitus Praefectis et Campi-Mareſchallis vt et Legatis Regiis competat. *Mandatum Regis Hiſpaniae de titulo Domini.*

*) v. LÜNIGII Canzl. *Cerem. p. 24.*

§. IX.

Dum in illuſtri Conuentu Pacis ineundae cauſa in Weſtphalia habito Legatus Hiſpanus formulam plenae potentiae a Rege ſibi datae cum caeteris Legatis communicaret, Galliae Miniſtri arguebant: Regem Hiſpaniae titulum Regis Nauarrae vt et *Domini Barcelonae* arrogan- *Lis de titulo: Domini Barcelonae.*

rogan-

roganter ſibi vindicaſſe. Singularibus literis hanc cauſam Secretario Status, Comiti de Brienne referebant, vt, quid agendum ſit, declararet: *Nous y trouvons encore* (ajunt) *une autre difficulté, qui eſt, que le Roi d'Eſpagne prend par tout la qualité de Roi de Navarre; nous voyons qu' elle a été paſſée dans tous les Traités précedens, même dans les Contracts de Mariage; mais le Roi l' ayant priſe auſſi de ſon côté, comme elle lui appartient legitimement, cela ne peut pas faire tant de préjudice comme celle de* SEIGNEVR DE BARCELONE, *que Sa Majeſté ne s' eſt point attribuée dedans nos Pouvoirs, quoi qu' elle lui ſoit düe aujourdhui plus juſtement, qu' au Roi Catholique, qui n' a plus ni droit ni poſſeſſion. Nous y trouvons encore une autre difficulté, qui eſt, que nous avons conſideré, que de le faire inſerer dans nos Commiſſions, outre que ce n' eſt pas la coûtume de France, d'exprimer au long dans les Lettres patentes tous les Titres et qualités du Roi, que l'on croit compriſes ſous le nom de France, parce que c' eſt en cette qualité, que tous les autres Etats et Seigneuries apartiennent à Sa Majeſté, et que tout ce qui échet par ſucceſſion, par les armes ou autrement, eſt inſeparablement uni à la Couronne, ſi l' on y vouloit cette* SEIGNEVRIE DE BARCELONE, *il faudroit y mettre auſſi celle de Comté d' Artois, Duc de Lorraine, Landgrave d' Alſace, Seigneur de Pignerol ou de Prince d' Italie, et generalement faire mention de tous les Etats, deſquels Sa Majeſté eſt en poſſeſſion, et qu' elle a préſentement droit et prétention de conſerver. Nous avons donc eſtimé, qu' à toute extremité, pour ſortir de cet inconvenient, nous pourrons mettre à couvert les droits et les interêts du Roi, en donnant un écrit aux Mediateurs, par lequel nous demanderons, que les qualités, qui pourront faire préjudice à Sa Majeſté, ſoient ôtées du Pouvoir des Commiſſaires, avec leſquels nous aurons à traiter, ou du moins, qu'il ſoit convenu entre nous, que les titres et qualités, qui auront*

*été*

*été priſes et omiſes de part et d'autre, ſoit dans les Pouvoirs, ou en quelque endroit de la Negociation, ne pourroient nuire ni prejudicier au droit des Parties.*

§. X.

Infantes Hiſpaniae a Delfino in priuatis literis earumque introitu appellantur: *Monſieur;* inſcribuntur autem: *A Monſieur le Prince d'Eſpagne, mon Frere.* *Titulus Infantum Hiſpaniae.*

§. XI.

Rex Portugalliae titulum gerit: *Domini conquiſitionis, nauigationis et commercii Aethiopiae, Arabiae, Perſiae, Indiaeque;* idque ob eam fortaſſe cauſam, quia ſui ſtemmatis Regibus prae caeteris regnis commercii in hiſce terris libertas competat, ſaltem competere debeat. *Titulus Regis Portugalliae.*

§. XII.

Saxonum Rex Edgardus, cui Seculo X. Anglia ſubiecta fuit, titulum adfectabat: *Anglorum Baſileus et* DOMINVS *quatuor marium,* Germanici nempe, Anglici, Hibernici et Scotici; nonnunquam etiam ſemet compellabat: *Anglorum Baſileus, omniumque Regum, Inſularum, Oceanique, Britanniam circumjacentis, cunctarumque Nationum, quae infra eam includuntur, Imperator et* DOMINVS. *Regum Angliae veteris,*

§. XIII.

Scotiae Reges antiquo tempore communiter titulo: *Dominus Rex,* nonnunquam etiam *Illuſtriſſimus Dominus Ligeus,* ſub Iacobi III. regno autem: *Metuendiſſimus* compellabantur. *Scotiae,*

§. XIV.

Hiberniam olim ſui Reges dominabantur, Henricus autem ſecundus, quem Regni Proceres inter ſe diuiſi ad auxilia ferenda petierant, ſubacta prouincia titulum: *Domini Hiberniae* ſibi vindicabat, quem ſequentes etiam Reges geſſerunt, vsque dum Henricus VIII. in *Hiberniae.*

Comitiis Hibernicis Regis elogio a Statibus honoratus idque a Pontifice Romano Paulo, pro more Seculi, confirmatum fuit.

§. XV.

*Stylus Regis M. Britanniae erga R. Franciae,*

Rex M. Britanniae Regi Franciae literarum e Cancellaria datarum initio ſcribit: *Trés-haut, trés-excellent et trés-puiſſant Prince, nôtre trés-cher et trés-aimé bon Frere, Beaufrere, Couſin et ancien Allié.* Literae autem Regis manu ſcriptae tantum incipiunt: MONSIEUR *mon Frere.*

§. XVI.

*item R. Bohemiae,*

Rex Bohemiae, niſi ſimul Imperatorio diademate fulgeat, Regem Franciae compellat: *Trés-haut, trés-puiſſant et trés-excellent Prince,* MONSIEUR *et trés-honoré Frere.* *)

*) LÜNIG *l. c. p.* 143.

§. XVII.

*ac Hungariae.*

Regina Hungariae Literas ad Regem Galliae manu ſua ſcriptas orditur: MONSIEUR *mon cher Frere;* easque inſcribit: *Au Roi trés-chretien* MONSIEUR *mon cher Frere.*

§. XVIII.

*Diſtinctio inter Dominum et Dominatorem apud Ruſſiae Imperatorem.*

Singulari obſeruatione digna eſt, quae in Ruſſiae Imperatoris titulis obuiam venit, diſtinctio inter *Dominum* et *Dominatorem;* ita enim allegante *du* MONT *) integer eius titulus ſe habet: *Diuina fauente Clementia, Nos Sereniſſimus et Potentiſſimus,* MAGNVS DOMINVS *Czaar* **) *et Magnus Dux* (poſtea horum loco ſubſtitutus fuit titulus Imperatoris) *Petrus Alexowiz, totius Magnae, Paruae et Albae Ruſſiae Autocrator, Moſcouiae - - Czaar - - nec non aliorum multorum Dominiorum et terrarum orientalium, occidentalium et ſeptentrionalium paternus auitusque Haeres,* DOMINVS *ac* DOMINATOR.

*) *dans*

*) *dans le Ceremonial Diplomatique P. II. p. 671.*

**) Quae olim de ſignificatu vocis: *Czaar*, diſputata fuerunt, cum Petrus M. titulum Imperatoris, populi ſui voluntate ipſi tributum, aſſumeret, ab aliis eruditis viris longe lateque eſt diſcuſſum, quorum ſcripta recenſuit Ill. BVDERVS in *Bibliotheca Hiſt. Struu. Edit. 1740. p. 1648.* quibus, quod nuperrime demum in Comitiis Imperii circa hunc titulum fuit deliberatum atque conceſſum, addendum eſt.

## §. XIX.

Verum etiam non ſibi tantum hunc titulum tribuebant Moſci, ſed, vt id ab aliis quoque Europae Proceribus fiat, dignitatis eorum eſſe aeſtimabant. Inde Elector Brandeburgicus, Fridericus Guilielmus, Baroni Eulenburgio, An. 1656. ad Aulam Czaaris miſſo iniungebat: *) *Vt totus Electoris titulus exprimatur, cum appendice Moſcis ſolito: et multarum aliarum terrarum Dominus ac Moderator.* At vero, cum Legato Literae, quibus legationis obitae fides fiebat, traderentur, in inſcriptione appendix: *multarum aliarum terrarum Dominus et Moderator* omiſſa erat, quod Elector non ſemper et vbique eadem vtatur, eaque in procuratorio quidem extet, non item in literis fiduciariis; nec eandem Czar alteri Principi tribuat. *Controuerſiae cum El. Brandeburg.*

*) PVFENDORF *Rer. Brandeb. L. VI. §. 31. 33.*

## §. XX.

Prorſus ſingularis etiam ac notatu dignus eſt ſtylus Cancellariae Imperialis Ruſſicae, quando in ipſo contextu literarum Imperator hoc Domini titulo, more prorſus inconſueto, vtitur. Sic Czarus in Literis ad Regem Angliae dd. 7. Dec. 1700. de ſe ita loquitur: *Ex Literis Veſtrae Regiae Maieſtatis - - intelleximus Nos Magnus Dominus, noſtra Czarea Maieſtas, Veſtrae Regiae Ma-*

*jeſtatis ſingularem amicitiam erga noſtram Czaream Majeſtatem - - quod etiam in rebus noſtri magni Domini, noſtrae Czareae Maieſtatis Carlowitzii procurandis vt propriis ſuis - - effectum oſtendit etc.* v. Mr. de LAMBERTY *Memoires pour ſervir à l'hiſtoire du 18. ſiecle T. I. p. 137.*

§. XXI.

*Suecorum de titulo Czari Querelae.*

An. 1649. Moſcouiae Czarus Legationem ad Reginam Sueciae mittebat, quae poſt reliqua admodum querebatur, quod Dominus ſuus in Inſtrumento Pacis tantum Magnus Dux Moſcouiae appellatus fuerit; cui a Suecis reſpondebatur: Eo minus Czarum cauſam habere, de negatis titulis conquerendi, quandoquidem notum ſit, quod Liuoniam titulis ſuis inſeruerit, imo, ad Turcas aut Perſas ſcribendo, *Dominum terrarum Septentrionalium* ſemet appellet, quarum tamen minimae ad ipſum pertinerent.

§. XXII.

*Lites Suecorum cum Czaro de titulis Domini,*

Cum An. 1655. Sueci Czarum contra pacta ſaepius egiſſe multis modis arguerent, titulorum etiam lites mouebantur, praecipue quod Czar in Literis ad Turcam ſe *Dominum totius Germaniae* vocitauerit eoque nomine Sueciam et Finnoniam notauerit. [a])

Eodem anno Sueci querebantur, quod Czarus Regi Carolo Guſtauo vocabulum *Domini* in titulo *bis* tribuere abnueret, auctore PVFENDORFIO. [b])

De aliis litibus, quo inter ſe complicati erant Moſcouiae Czarus et Rex Sueciae, refert PVFENDORFIVS: [c]) *Inprimis altius penetrabat, quod nouo tituli augmento Czar ſibi adſcriberet multas regiones verſus occaſum totumque latus ſeptentrionale; tum* HAEREDITARIVM *ſe* DOMINVM *et Succeſſorem ferret regionum et vrbium, quae ad Ruſſiam et anteceſſores ſuos* QVONDAM *pertinuerant.* An. 1656. Carolus Guſtauus Rex Suecia ſingularem ad eas

compo-

componendas legationem ad Moſcos mittebat, cui in commiſſis datum fuit: d) *Inprimis circa titulum accuratam cautelam adhiberent, quod qui nunc rerum potitur Czar non ita pridem inſolitum ſibi titulum commentus eſſet, inſertis non ſolum prouinciis hoc bello occupatis, ſed et multarum inſuper regionum verſus Orientem, Occidentem et Septentrionem Dominum ſe ferens, et patrum auorumque ſucceſſorem. Quae additamenta etſi ipſe per legatos ſuos demonſtraſſet, tribui ei non poſſe, quod iis ambagibus innui videantur regiones quondam Regno Sueciae e Moſcorum Imperio adjunctae, poſtulato, vt ea tituli vtrinque formula adhiberetur, quae pacto Stolbouienſi exprimatur, tamen inſuper habitis noſtrorum rationibus, neque vſurpatos titulos deponere Czarem, nec ſcripto declarare dignatum, iis appendicibus haut inſinuari regiones quondam Ruſſiae decerptas, nunc Sueciae regno inſertas. Nam quod Naſſokinus Cakenhuſae praefectus jactarit, etiam modicum praedium in omnes mundi plagas patere, cuius poſſeſſor ideo ſe recte appellare queat Dominum terrarum verſus Orientem et Occidentem, eam cauillationem nimis inſipidam eſſe.*

a) PVFENDORE *de reb. geſt. Car. Guſt. L. II. §. 77.*
b) l. c.
c) l. c.
d) *Ibid. III. §. 55.*

## §. XXIII.

Imperator Ruſſiae literas ad Regem Franciae, Gallica lingua datas hiſce inſcribi iubet titulis: *Au trés-illuſtre, trés-haut et trés-puiſſant* GRAND SEIGNEUR *Louis de Bourbon, par la grace de Dieu Roi trés-chrétien de France et de Navarre etc.* SOUVERAIN SEIGNEUR *de pluſieurs autres terres.* *) *Literar. Ruſſ. ad R. Franciae ſtylus.*

*) LÜNIG *l. c. p. 152.*

## §. XXIV.

*it. R. Poloniae erga Imp. Ruſſiae.*

Auguſtus II. Poloniae Rex, Elector Saxoniae, Petro I. Ruſſiae Imperatori ſcribens, literas in vernacula lingua inchoabat: **Durchlauchtigſter, Groſsmächtigſter groſſer Herr Czaar und Groſs-Fürſt.** Inſcriptio autem haec erat: **Dem von Gottes Gnaden ⸗ ⸗ groſſen Herrn Czaar und Groſs-Fürſt, Peter Alexewiz, von ganzen groſſen und kleinen weiſen Rußland Selbſthaltern, wie auch anderer vilen Oſtlichen, Weſtlichen und Nordiſchen Herrſchafften und Länder Väterlichen und Groſs-Väterlichen Erben, Herrn und Beherrſchern ꝛc. meinem freundlich vielgeliebtem Bruder und Nachbar.**

## §. XXV.

*Formula Literarum Imp. Turcici ad R. Galliae.*

Literae credentiales, Legato Imperatoris Turcici ad Regem Franciae A. 1669. miſſo, traditae poſt reliquos titulos hoc etiam ſplendido elogio Regem compellabant: *Dominus Maieſtatis et honoris.* *)

*) BUSSY RABUTIN *Hiſtoire de Louis le Grand p. 176.*

## §. XXVI.

*Regis Perſiae tituli.*

Magnus Mogol praeter reliquos titulos ſatis ſuperbos, complementi loco adhuc ſemet compellat: پادشاه عالم Padiſchach-Alem, vel: شاه جهان Schach gehân; *Imperatorem ſeu Dominum Mundi*; quod praeſertim de Sultano Chorram, qui circa annum 1648. thronum conſcendit, compertum habeo. *)

*) LVDOLF *Schaubühne T. II. p. 1487.*

## §. XXVII.

*De vſu vocis Dominicae circa Legatos Regum etc.*

Iuuabit adhuc obſeruationes quasdam de vſu tituli Dominici adiungere, qualis ex Ceremoniali Legatorum illuſtratur. Haud ignorant ii, quibus Acta publica familiaria ſunt, quam feruida et ardens contentio ſub finem Seculi XVI. de titulo Excellentiae, quem Legati ſibi

ſibi proprium faciebant, exorta fuerit. Huius loci non eſt, vt hiſtoriam huius belli titularis ab ouo deducam, at quasdam tamen easque illuſtres lites, vbi ſimul de Domini titulo diſputatum fuit, allegabo. Verbis vtar Ill. WICQVEFORTII, quando litem Miniſtri Caeſarei cum Legato Veneto deſcribit: *En l' an. 1622. Girolamo Landy, Ambaſſadeur de Veniſe à Londres, ayant ſceu, que le Comte de Schwarzenberg, Ambaſſadeur extraordinaire de l' Empereur, y étoit arrivé, l' envoya complimenter par ſon Secretaire et lui fit dire, qu' il lui rendroit bientôt ſes dévoirs en perſonne. Mais le Secretaire remarqua, que le Comte, en parlant de l' Ambaſſadeur de Veniſe ne le traitoit que de* SEIGNEURIE ILLUSTRISSIME, *à l' exemple du Comte de Gondemar et du Marquis d' Inoyoſa, Ambaſſadeurs d' Eſpagne, qui en avoient uſé de la même maniére. Landy, fort offenſé du procedé du Comte de Schwarzenberg, qui ne l' avoit pas ſeulement renvoyé viſiter, lui en fit parler par le Maitre des Ceremonies, auſſi bien que touchant le titre de* SEIGNEURIE ILLUSTRISSIME. *Le Comte répondit, qu' il ne pouvoit pas traiter autrement un Etat, qui étoit ſi loin au deſſous de la dignité de l' Empereur, ſon Maitre; qu' il ne lui pouvoit donner le titre d' Excellence, lequel il ſcavoit que l' Ambaſſadeur d' Eſpagne ne lui donnoit point. Que ce que les autres Ambaſſadeurs avoient fait, ne pouvoit pas faire exemple à ſon égard, et que ſi l' Ambaſſadeur de Veniſe prétendoit le traiter de* SEIGNEURIE ILLUSTRISSIME, *il ne lui donneroit que le titre de* SEIGNEURIE *ſimplement et qu' il y feroit toujours quelque diſtinction. - - Les deux Ambaſſadeurs ne ſe virent point, et ne ſe pouvoient point voir après cette rencontre.*

Alium quendam caſum idem WICQVEFORTIVS refert, dum ſcribit: *Le Comte Duc d' Olivarés, Premier Miniſtre d' Eſpagne, ſe faiſoit donner de l' Excellence, tant à cauſe du poſte, qu' il occupoit, qu' à cauſe de ſa qualité du Grand,*

*Grand, et cependant il avoit accoutumé les Ambaſſadeurs à ſouffrir, qu' il ne leur donnaſt que le titre de* SEIGNEURIE. *Mais craignant, que le Marquis de Rambouïllet, qui fut envoyé en Eſpagne, en qualité d' Ambaſſadeur extraordinaire, vers la fin de l' an 1626. ne conſentit point à cette inégalité, il lui en fit parler par du Fargis, Ambaſſadeur ordinaire de France. Il fit aſſurer le Marquis, que s' il lui accordoit cet avantage, il lui feroit d' ailleurs plus de civilité, qu' il ne ſcauroit ni prétendre ni eſperer. Le Marquis ne s' en expliqua pas autrement et ſe contenta de repartir en des termes generaux, qu' il répondroit aux ciuilités qu' on lui feroit, de la maniére que le Comte Duc pourroit déſirer. Cette réponſe generale, qui ne ſignifioit rien, faiſant bien juger que le Marquis ne cederoit pas ſon droit; le Comte Duc lui fit dire, que bien que tous les Grands d' Eſpagne fiſſent difficulté de traiter d' égal avec les Ambaſſadeurs des Couronnes, que de* SEIGNEURIE, *tellement qu' il n' étoit pas en ſon pouvoir d' y rien alterer, il vouloit bien neanmoins établir cette égalité entre le Marquis et Lui, qu' ils ne ſe traiteroient reciproquement que de* SEIGNEURIE. *Le Marquis y acquieſca et cela fut fort ponctuellement obſervé.*

Senatus Reipublicae Venetae omnis Ordinis Legatos non niſi verbo: SENNORIA compellat.

Ordines et Status Prouinciarum Belgii vnitarum vero omnes Ambaſciatores elogio *Excellentiae*, ſcribendo non minus quam loquendo nuncupant.

Elector Bauariae in Literis ad Legatos Franciae plenipotentiarios, Monaſterii ad condendam pacem congregatos, dd. 26. Oct. eos tantum compellat *Meſſieurs*, et de *Vous* ad quem morem WICQVEFORTIVS ita gloſſatur: *Il ſemble qu' il y avoit un peu d' incivilité en cette maniére d' écrire à des Miniſtres repreſentants, avec plein pouvoir du plus-puiſſant Roi de la Chretienté, qui n' étoient*

*toient point ſes ſujets et dont l' amitié lui étoit ſi neceſſaire pour la conſervation de ſes plus importants interêts. Les ſouverains ne partagent leur dignité qu' avec leurs ſemblables: mais j' oſe dire, qu' il n' y a rien qui la releve tant que la civilité qu' ils ſont aux perſonnes, qui ne leur doivent que le chapeau: et il n' y a point de liberalité qui coûte moins. Il eſt vrai, que le Duc et les deux autres Plenipotentiaires de leur côté en uſerent bien cavaliérement dans l' inſcription de leurs lettres: A Monſieur, Monſieur le Duc de Baviére, et en la ſouſcription: vos bien humbles ſerviteurs.*

* * * * * * * * * * * * * * *

# CAPVT IV.

## DE VSV HVIVS TITVLI REGES INTER ET STATVS IMPERII GERMANICI.

### §. I.

Sancti Rom. Imp. Electores, Regibus ſcribendo, ſi non et ipſi Reges ſint, titulum Domini adponunt, quemadmodum id fecit Elector Saxoniae in literis ad Regem Guilielmum III. M. Britanniae et Regem Iohannem III. Poloniae, eosdem appellando: DOMINE *Cognate et Frater;* ſimiliter Elector Palatinus Iohannes Guilielmus ad Regem Boruſſiae Fridericum I. ſcribens formula vſus fuit: **Herr Bruder;** demum Elector Georgius Ludouicus Brunſuicenſis Carolum III. Hiſpaniae Regem, (poſtea Carolum VI. Imp. Aug. mem.) DOMINVM Fratrem ſalutauit.*) *Stylus Electorum verſus Reges.*

*) Ven. *Parens* in der Abhandlung von dem Bruder-Titul unter groſſen Herrn §. 8.



§. II.

§. II.

*El. Eccleſiaſt. ad R. Galliae.* Electores Eccleſiaſtici Regem Galliae in introitu literarum compellant: *Sereniſſime ac Potentiſſime Rex Chriſtianiſſime*, DOMINE *Amice, Conſanguinee et Affinis obſeruandiſſime.* V. LÜNIG *l. c. p. 154.*

§. III.

*Controuerſia El. Brandeburgici cum Rege Galliae* Legato Electorali Brandeburgico, Fabiano Dona, ad aulam Regis Galliae miſſo, de titulis atque cerimoniis multiplex quaeſtio mouebatur. Ad extremum Mazarinus proponebat: *) „Si Elector Regi lingua Gallica ſcribere velit, vti Albertus Archidux antea fecerit, titulo *Fratris* ipſum honorandum. Albertus autem initio epiſtolae: *Domine (Monſeigneur)* ſcripſerat et in fine: *Veſter humilimus et obſequentiſſimus Frater, ac ſeruitor Veſtrae Maieſtatis.* (*Trés-humble et trés-obeiſſant Frere et Serviteur de V. M.*) fruſtra regerente Dona: *Sereniſſimi ac Potentiſſimi Regis* vocabulum potius eſſe quam: *Domine*, nec in Germania moris eſſe aliter, quam lingua Teutonica et Latina ſcribi. Ita cum per tres amplius menſes iſte detentus fuiſſet, infecta circa titulum re diſceſſit, Mazarino cauſante, defuiſſe, qui in conſilio ſecreto ſuper eo negotio monuerit.„

*) PVFENDORF *Rer. Brandeb. L. II. §. 22.*

§. IV.

*et querelae de Legatis Gallicis.* Quae An. 1647. circa hunc titulum Electorem inter Brandeburgicum et Comitem de Servient, Legatum Galliae ad Congreſſum Pacis Monaſterienſem acta fuerint, refert PVFENDORFIVS: *Elector*, ait, *Legatis Gallicis exprobrari jubebat, quod literis ad ipſum datis non aliud vocabulum adhibuiſſent, quam quo etiam homines de plebe in Gallia honorari ſolent:* MONSIEVR. - - *Id quod iſti excuſabant,*

*ſabant, ſe non aliud honoris vocabulum aduerſus Colonienſem et Bauarum Electores adhibuiſſe.*

*) *Rerum Brandeb. L. III. §. 21.*

§. V.

Principes Imperii Reges elogio vel: *Domine clementiſſime*, vel: Hochzuehrender Herr Vetter, compellant. *item Principum.*

§. VI.

Comites vero, vt et reliqui Status, Reges quoscunque titulo: eines allergnädigſten Herrn, Domini clementiſſimi, venerantur. *et Comitum S. R. I.*

§. VII.

Tempore condendae Pacis Weſtphalicae Galliarum Regis Legati plena potentia in Germaniam miſſi Circulari (vt vocant) Epiſtola Principes et Status Imperii ad mittendum Miniſtros in locum conuentus exhortabantur, ſingularibus etiam literis Principes in Conuentu Deputationis Francofurtenſi congregatos inuitabant, easque hoc modo inſcribebant: *Lites de titulo: Meſſieurs, Statibus tributo.*

*A Meſſieurs, Meſſieurs les Electeurs, Princes Eſtats du Sainct Empire, aſſemblés à Francfort.*

Paulo poſt publicatas haſce in Imperio literas in Belgio Reflexiones *) easdem concernentes promulgabantur, in quibus Auctor ad hunc titulum admodum grauiter ita gloſſatur: Gelyckelyck hebben ſoo Evangeliſche als Roomſch gheſinde gheargueert over't opſchrift *A Meſſieurs Meſſieurs les Electeurs, Princes et Eſtats du Sainct Empire.* Het welcke aen ſeer weynige van ſulcken groote Vergaderinge hare Weerdigheyt heeft geſcheenen genœgh ghedaen te weſen; om dieswille, dat het Woort: *Meſſieurs* doorgaens in Vranckryck aen de aldergeringſte Magiſtraet aldaer toegeſchreven wert. Weshalven oock de vrye Republycke van de Nederlanders ſulcken

Tytel niet angenaem geweeſt en is, de welcke van U.E. haer togeſchreven was: ſoo dat ghy lieden in dier voegen ſyt gedwongen geweeſt te ſchryven: *Aux Meſſieurs etc.* Welcke onlangs voorgevalle verbetering, van ſulk U. E. niet gedachtig ſynde, hebt deſelve faute gecommitteert, inſonderheyt in dem boeſem van het H. Roomſe Ryck, welckers, hoe groot hare weerdigheyt zy, hebben ſoo wel oude als nieuwe Schryvers verklaert, van het welcke U. E. die in alles genoegſaem ervaren zyt, geenſins kunt onwetende zyn.

*) Aenmerckingen van N. N. over de gheſonden Miſſiven, welcke de Legaten van Vranckryck aen de Vorſten des Roomſchen Rycks ende aen de Franckfortſe Vergaderinge gheſchreven hebben A. 1644. in *Actis Pac. Weſtphal. T. I. p. 228. ſqq.*

## §. VIII.

*Stylus Regum erga Electores.*

Reges Electoribus et Principibus S. R. Imperii Domini titulum aliter non tribuunt, quam in literarum inſcriptionibus, ibique nomini eorum immediate praeponitur.

## §. IX.

Vberiorem huius thematis per quascunque claſſes Statuum Imperii diſquiſitionem dabit forſan editio iterato prelo et curiatiori ſtylo aliquando demum curanda.

CAPVT

# CAPVT V.

## DE EO QVOD OBSERVANTIAE EST CIRCA TITVLVM DOMINI APVD RESPVBLICAS EVROPAE.

§. I.

De Republica, cum adhuc talis eſſet, Romana notum eſt, quod totius orbis principatum arrogauerint, quare etiam VIRGILIVS *Aeneid. I. v.* 283. Iouem de Romanis ſequens elogium recitare iubet: *Reſp. Romana rerum Domina.*

His ego nec metas rerum nec tempora pono:
Imperium ſine fine dedi: quin aſpera Iuno
- - - mecumque fouebit
Romanos *rerum Dominos* gentemque togatam.

§. II.

Ordines generales Belgii foederati, Principis Rerumpublicarum Europae, circa vſum huius tituli ipſimet peculiari Edicto cauerunt; quod apud LÜNIGIVM in dem Canzl. Cerem. p. 375. legitur. *Edictum Ordinum Belgii foederati.*

§. III.

Reges Hiſpaniae et Galliae Ordines generales titulo Domini non honorant. *Stylus R. Hiſp. et Galliae,*

§. IV.

Philippus Dux Aurelianenſis, Regens Franciae, Ordines Belgii foederati in epiſtolae manus ſuae nomine ſcriptae initio appellabat *Meſſieurs.* *Duc. Aurel.*

§. V.

Ordines Belgii foederati a Rege Magnae Britanniae compellantur Latine: *Celſi ac Praepotentes* DOMINI, *Amici noſtri* *R. M. Brit.*

*ci noſtri perdilecti;* in epiſtolis autem gallico ſermone conceptis: *Hauts et Puiſſans* SEIGNEURS, *Nos bons Amis, Alliéz et Confédéréz;* literae autem, ſi quae dantur, Germanicae ſic ordiuntur: Hochmögende Herrn, Unſere gute Freunde, Alliirte und Bundsgenoſſen. In Contextu: Ihr, Hochmögende Herrn.

FELTMANNVS *l. c. p. 336.* refert: *Quod miratus antea fui, non tamen id, quod Rex Angliae praeſens eos hoc titulo ſalutauerit* AITZEMA *p. 599. et Galliarum Monarcha Ordines ſic appellaverit, eorum Miniſtro Caleti agenti loquens.* AITZEMA *p. 890.*

§. VI.

*Daniae*

Rex Daniae hoc ſtylo vtitur; In initio literarum: *Nobiles, Praepotentes* DOMINI *Status generales, amici ſingulares.* In Contextu: *Praepotentes* DOMINATIONES *Veſtrae.* In Subſcriptione: DOMINATIONVM *Veſtrarum Amicus et Confoederatus.*

§. VII.

*et Sueciae erga Status Gen.*

Sueciae Rex, omiſſo Domini titulo, literas ad Rempublicam incipit elogio: *Celſi et Praepotentes, Noſtri boni Amici et Foederati.*

§. VIII.

*Formulae ſalutandi Legatorum Imp. et Regum Ordines Belgii.*

Qua ratione Legati Imperatoris Romani, vti et Regis Galliae ac Hiſpaniae, Ordines Belgii foederati compellent, refert *Greg.* LETI in elegantiſſimo opere *Ceremoniale Iſtorico e Polit. T. VI. p. 515. Nell Haga,* inquit, *gli Ambaſciatori dell' Imperadore, di Francia e di Spagna non danno altro titolo che di* MESSIEURS, *e trattano gli Stati di* SIGNORIE *ciò o le* SIGNORIE VOSTRE: *ma del reſto generalmente tutti gli altri Ambaſciatori et altri Prencipi e Cavalieri, che ſi preſentano dinnanzi gli Stati, danno il titolo di* HAUTS ET PUISSANTS SEIGNEURS, *e molti aggiungono*

*gono quello di* TRES-HAUTS ET TRES-PUISSANTS SEIGNEURS. Porro refert pag. ſeq. 516. *L' Arciduca haveva ancor Lui della ripugnanza, di dare a gli Holandeſi il titolo di* HAUTS ET PUISSANTS SEIGNEURS, *come ſi vede nella negotiazione de Preſidente Jeannin, mà meglio informato poi et havendo veduto la Potenza di queſti Stati non fece difficoltà di farglielo dare anche per lettere.* Paulo poſt ita ratiocinatur: *Jo non poſſo comprendere, che dagli Ambaſciatori di Ceſare, di Francia e di Spagna non ſi dia altro titolo a gli Stati Generali d' Holanda, che di* MESSIEURS *et alli Cantoni Suizzeri di* TRES-MAGNIFIQUES SEIGNEURS; *perche finalmente gli Ambaſciatori d' Holanda ſon ricevuti in altra maniera, che quelli di Suizzeri et in oltre ſono, in oltre concetto, e fanno altra figura gli Holandeſi che i Suizzeri: mà gli ſteſſi Ambaſciatori non ſanno redder raggione di queſto, poiche ciaſcuno ſi ſerve del Ceremoniale del ſuo Anticeſſore, e baſta uno per cominciare un paſſo falſo, perche quello che ſeque, ſenza altro informarſi s' è bene di zoppicare zoppica come l' altro, di modo che ſi è introdotto queſto uſo, e coſi reſta.*

Quae recentiori tempore circa hunc titulum acta ſunt, refert *Mr. de* LAMBERTI *dans les Memoires pour ſervir à l' hiſtoire du Siecle XVIII. T. VI. p. 79. La Cour,* inquit, *Imperiale étoit ſi contente des Etats, qu' elle leur accorda le titre de* CELSI AC POTENTES. *Ce fut à l' occaſion de leur candeur dans les Negotiations de Gertruydenberg. C' étoit cependant à condition, qu' ils exigeroient un pareil titre de la Cour de France. Celleçi traitoit les Etats trop cavalierement. Ses Ambaſſadeurs et même jusques au dernier Reſident Barré, n' avoient jamais traité les Etats que de* MESSIEURS. *C' eſt quoique les Têtes couronnées d' Angleterre, de Portugal et du Nord leur aient toujours donné le titre de* HAUTS ET PUISSANTS SEIGNEURS. *Il eſt*

*vrai,*

*vrai, que l'Empereur n'y ajoûte pas le mot de* SEIGNEURS, *parce qu'il ne le donne pas aux Electeurs, qui pretendent d'aller du pair avec les Etats. C'eſt ainſi, qu'on peut voir dans la Lettre, qu'on vient de raporter, où il n'y a que* CELSI AC POTENTES ORDINES GENERALES FOEDERATI BELGII, AMICI CHARISSIMI. *Il y a auſſi à remarquer, que dans les Lettres des autres Puiſſances aux Etats, dans le cour de Lettres il y a* DOMINATIONES VESTRAE, *au lieu que l'Empereur ne s'explique que dans le ſeul mot de* VOS.

Dum An. 1644. foederis tabulae Franciam inter et Ordines Belgii foederati componerentur, Galliae Legati titulum: *Seigneurs*, tanquam ordinis equeſtris ſymbolum, hiſce denegabant et tantum: *Meſſieurs les Eſtats* eos nuncupabant. Cum autem Ordinum Legati demonſtrarent, antiquo more elogium: *Seigneurs* ipſis datum fuiſſe, Galli cedebant.

Quod Galliarum Regis Legatus THVANVS Ordines Belgii vocabulo: *Meſſieurs*, allocutus fuerit, ex AITZEMA *P. IV. L. 42. p. 880.* refert FELTMANNVS *de tit. honor. p. 336.*

Legatus Imperatoris Ruſſici Andreas de Matueof Ordines Belgii foederati in introitu literarum compellabat: *Celſi ac praepotentes Domini.* In Contextu: *Celſae ac praepotentes Dominationes Veſtrae.*

FORSTNERVM, a Principe Friſiae Orientalis Hagam miſſum, Ordines Belgii titulo: *Meſſieurs* allocutum eſſe, teſtatur AITZEMA *P. IV. L. 42. p. 964.* et poſt eum FELTMANNVS *l. c. p. 336.*

Haud inutile erit, cum ſelectos quosdam caſus à WICQVEFORTIO collectos adhuc ſubiungam: *Les Ambaſſadeurs*, ait, (des Provinces unies) *qui firent le traité de l'an 1635. ſouffrirent, que l'on y mît ſimplement:* LES ESTATS

ESTATS GENERAUX DES PROVINCES UNIES: *au lieu que les traités de l' an. 1608. et 1624. diſent:* MESSIEURS LES ESTATS GENERAUX; *et celui de l' an. 1610.* HAUTS ET PUISSANTS. *Ceux qui ont fait des traités après l' an 1635. y ont employé les mêmes termes, jusques à ce qu' en l' an 1644. d' Avaux, Servien et la Tuillerie, voulant ſuivre le même ſtile, les Deputés des Etats s'y oppoſerent et obtinrent qu' on y fit couler le titre de* SEIGNEURS. *Les Etats Generaux, à qui la pluspart des Rois de la Chretienté donnent la qualité de* HAUTS ET PUISSANTS SEIGNEURS, *ne la prennent pas eux-mêmes: mais ils s'appellent, Hoog-mogende, c' eſt à dire Hautement Puiſſants; bien qu' ils s' en ſoyent autrement expliqués dans les titres, qu' ils veulent, que les Princes étrangers leur donnent. La qualité de Haut et Puiſſant eſt ſi commune en France, que les Ducs, les Pairs et Maréchaux de France la dédaignent, et il n' y a point de prétendu Marquis, qui ne la prenne dans les actes, qu' il paſſe par-devant Notaire. Les Miniſtres de France y ſont fort difficiles et quelquefois trop ſcrupuleux. - - Mais il y a dequoi s' étonner, que les mêmes Ambaſſadeurs fiſſent difficulté de donner la qualité de* MESSIEURS *aux Etats Generaux, pendant qu' ils traitoient de Monſieur le Prince d' Orange et de Meſſieurs les Princes puinés de la Maiſon de Savoye. On n' en peut trouver la raiſon que dans l' irregularité, qu' on remarque en tous les actes de cette nature.*

Porro ait: *Les Ambaſſadeurs s' addreſſent tous à l' aſſemblée* (des Etats Generaux,) *et la pluspart la traitent des* HAUTS ET PUISSANTS SEIGNEURS. *Les Miniſtres de l' Empereur et du Roy d' Eſpagne, qui n' ont pas voulu faire plus que l' Ambaſſadeur de France, commencent leur harangues par* MESSIEURS *et traitent les Etats de* SEIGNEURIES. *Le Roi de France même, en leur écrivant, ne leur donne autre qualité, que celle de* CHERS ET BONS AMIS,

ALLIÉS ET CONFEDERÉS. *Il n' en donne point d' autres ni à la Republique de Veniſe, ni aux Cantons Suiſſes: et neanmoins quand ſes Ambaſſadeurs parlent au College, ils traitent le Doge de* SERENISSIME, *et le reſte de Senateurs de* TRÉS-EXCELLENTS SEIGNEURS; *et les Cantons Suiſſes de* TRÉS-MAGNIFIQVES SEIGNEURS. *Le Roi de la Grande Bretagne et, à ſon exemple, les Rois du Nord et tous les autres Princes et Souverains les traitent de* HAUTS ET PUISSANTS SEIGNEURS *et de* HAUTES PUISSANCES. *Mr. d' Eſtrades - - Maréchal de France, en prenant ſa premiére audience en l' an 1662. commença ſon diſcours par* ILLUSTRES SEIGNEURS; *mais ils ne s' en trouverent point obligés. Ce titre dit bien quelque choſe de plus que celui de* MESSIEURS, *dont le Roy ſe ſert, même en parlant aux Etats de ſon Roiaume et même à ſes Parlements, qui ſont ſes ſujets: je veux bien croire encore, qu' il eſt plus honorable que celui de* HAUTS ET PUISSANTS: *mais on jugeoit qu' il n' étoit pas neceſſaire de changer de ſtile, pour ne leur donner pas tout ce qu' ils pouvoient prétendre: et on n' étoit point ſatisfait à la Cour; parce qu' il avoit fait aux Etats un honneur que ſes Prédeceſſeurs n' avoient pas accoutumé de leur faire. On voit en la negotiation du Prèſident Jeannin que l' Archiduc avoit eu de la repugnance à ſouffrir, que les Etats priſſent les titres de* HAUTS ET PUISSANTS, *et qu' il leur donna au traité celui d'* ILLVSTRES. *Il faut pourtant avouer, qu' en ce ſimple titre de* MESSIEURS *il y a quelque choſe de plus grand, qu' en tous les épithétes qu' on y peut ajoûter.* SIRE *en France et* SENNOR *en Eſpagne expriment bien mieux la Grandeur de ces deux Monarques, que ne ſont tous les titres de Sereniſſime, de Trés-Excellents etc. que les autres Princes ſe font donner. Les Etats de Hollande ſe font donner le titre de* NOBLES, GRANDS ET PUISSANTS SEIGNEURS, *et ceux des autres Provinces la qualité de* NOBLES ET PUISSANTS

SANTS

SANTS SEIGNEURS. *Il y a de quoi s'étonner, que les Etats de ces Provinces ſouveraines ſe contentent de ces titres, qui leur ſont communs, non ſeulement avec les Deputés des Etats Generaux, avec ceux du Conſeil d' Etat, et même avec leurs propres Deputés, mais auſſi avec la Cour de Juſtice de Hollande, dont les Juges ſe font auſſi traiter de* NOBLES ET PUISSANTS SFIGNEVRS: *quoi que ce ne ſoit proprement qu' un Préſidial, dont les ſentences ſont ſujettes à caſſation et reformation.*

## §. IX.

Reſpublica Heluetica titulo Dominico, a Rege Galliae non honoratur, ſed literae eodem ſtylo, quo ad Ordines Belgii foederati, conceptae ſunt. *Stylus R. Galliae,*

## §. X.

In literis ab Anna Magnae Britanniae Regina d. d. 19. Febr. 1705. titulo: *Illuſtres ac Ampliſſimi* DOMINI, *Amici cariſſimi* honorata fuit. *Angliae,*

## §. XI.

Rex Poloniae in Literis e Cancellaria Electorali Saxonica ad quatuor Prouincias Helueticas Euangelicae Religioni addictas miſſis *Domini* titulum ipſis non tribuit, ſed tantum, in Introitu: = = beſonders liebe Freunde, in Contextu autem: Dieſelbe, eos nominat. Alia autem literarum formula latini ſermonis ſtylo concepta titulum prae ſe fert: *Nos Auguſtus II. t. t. Celſis et Praepotentibus* DOMINIS *Foederatis Reipublicae Heluetiorum Cantonibus, Amicis noſtris multum caris, ſalutem. Celſi ac Praepotentes* DOMINI, *Amici noſtri multum cari.* *Poloniae,*

Auguſtus II. Poloniae Rex Reipublicae Heluetae literis e Cancellaria Gallico idiomate conſcriptis dd. 29. Sept. 1701. elogium: *Magnifiques Seigneurs* anteponebat.

§. XII.

*Statuum Germaniae ad Helvetos.*

Electores et Principes Germaniae Ordines Reipublicae Helueticae nominant: *Trés-hauts et trés-puiſſants Seigneurs*, auctore *Greg.* LETI in laudato Opere *p. 516.*

Collegium Electorale literas dd. 2. Oct. 1711. ad Rempublicam miſſas hac formula ordiebatur: Von Gottes Gnaden (hic poſiti erant tituli Electorum eccleſiaſticorum) auch der Chur-Böhmen ꝛc. ꝛc. ꝛc. Geſandten. Unſern freundlichen Gruß, auch Dienſte zuvor. Veſte und Ehrſame, Liebe Beſondere, auch Hoch- und Wohl-Edle, Fürſichtige und Weiſe, Hoch- und Vielgeehrte Herrn. In Contextu: Denen ſämtlichen Cantons. In ſubſcriptione nominibus Electorum nulla ſubmiſſionis formula praeponitur, Legati autem ſubſcribunt: Auch Unſerer Hoch- und Vielgeehrten Herrn Dienſtgefliſſene und Willige.

§. XIII.

*Principis de Conti ad Bernam.*

Princeps de Conti Magiſtratum Reipublicae *Bernenſis* in literis, quas Hand-Schreiben vocant, nominat: *Magnifiques et Puiſſants Seigneurs.*

§. XIV.

*Stylus R. Galliae,*

Rex Galliae literas ad Rempublicam Venetam datas inſcribi iubet:

A Nos trés-chers et grands
Amis, Alliéz et Confederés
le Duc et *Seigneurie* de Veniſe.

§. XV.

*Delfini,*

Delfinus autem his vtitur titulis: A *Meſſieurs*, le Duc et *Seigneurie* de Veniſe.

§. XVI.

*et Ducis Aurel.*

Dux Aurelianenſis ad Rempublicam ſcribendo initium literarum orditur: *Sereniſſime et Illuſtres Seigneurs*; easque

easque inſcribit: *Au Sereniſſime et Illuſtres Seigneurs, le Duc et Seigneurie de Veniſe.*

§. XVII.

Electores et Principes Germaniae Rempublicam Venetam ſolummodo compellant: *Excellentiſſimi Signori*, vti et: *Trés-magnifiques Seigneurs*, allegante LETI *l. c. p. 516.* *item Princ. Germ. ad Venetos.*

* * * * * * * * * * * * * * * * * *

# CAPVT VI.

## DE VSV TITVLI DOMINICI IN CVRIA ROMANI PONTIFICIS.

§ I.

Romanae Sedis Pontifices antiquo tempore Imperatoribus Domini titulum nunquam negarunt, imo vero eundem adpoſitis adulationibus nimium quantum tollebant augebantque. Mirandum omnino, quantum ſtylus huius Curiae, quemadmodum fuit Seculo VII. VIII. et IX. ab inſequentium temporum ratione ſcribendi differat. Diplomata, Chartae et Epiſtolae Pontificiae, quotquot ex huius aeui caligine nobis adhuc ceſſerunt, nihil alti ſpirant, ſed quoties Imperatoris mentionem faciunt, cum laude et titulorum cumulo faciunt. *) Exempla rem clarius demonſtrabunt. Agatho in literis ad Conſtantinum, Heraclium, et Tiberium Imperatores, apud BARONIVM *ad An. 689. p. 589.* ſcribit: *His itaque, Manſuetiſſimi* RERVM DOMINI, *efficaciter promtam obſequentiam exhibere etc. ideoque, Chri-* *Mores Curiae Romanae antiqui,*

 *ſtianiſſimi*

*ſtianiſſimi* DOMINI FILII, *ſecundum piiſſimam iuſſionem a Deo protegendae Manſuetudinis Veſtrae etc.* Gregorius M. Pontifex Rom. in epiſtola ad Mauritium Imp. hac formula vtitur: *Ego indignus Pietatis Veſtrae Famulus in hac ſuggeſtione, neque vt Epiſcopus, neque vt Seruus iure Reipublicae, ſed iure priuato loquor, quia Sereniſſime Domine, et ex illo iam tempore* DOMINVS MEVS *fuiſti, quando adhuc* DOMINVS OMNIVM *non eras. Longino - -* veniente DOMINORVM (Mauritii et Conſtantinae) Legem accepi. Idem in alia Epiſtola: *Qua de re vnum eſt, quod breuiter ſuggeras Sereniſſimis* DOMINIS NOSTRIS, quia, *ſi ego* SERVVS *eorum etc.* apud GOLDASTVM *Monarchiae T. II. Regeſti L. II. Epiſt. 62.* Hadrianus Papa An. 784. ad Carolum M. reſcribens eum appellat *Praecellentiſſimum Filium ſuum, ſpiritualem Compatrem et* DOMNVM, *Carolum etc.* Benedictus III. Lotharium vocat: DOMINVM NOSTRVM *piiſſimum* P. P. Auguſtum Hlotharium, a Deo coronatum, magnum Imperatorem etc.

*) Annos etiam regiminis Imperialis tanquam notas Chronologicas Chartis Bulliſque ſuis appoſuerunt, inde vero a temporibus Gregorii VII. P. R. his omiſſis ſuos ſubſtituerunt, teſtante MABILLONIO *de Re dipl. L. II. C. XXV. p. 181.*

§. II.

*et hodierni.* Cum vero inſequentium ſeculorum ſerie, poſt immutatam Eccleſiae internam faciem, nouum quoque atque altius ſcribendi genus adfectaretur, factum eſt, vt *Domini* titulus in chartis Pontificiis ſenſim exoleſceret, ita vt hodienum adhuc neque Imperatori Auguſtiſſimo, neque vlli Regum Europae tribuatur, ſed ob praetenſam in omnem orbem chriſtianum Paternitatem et Chriſti Vicariatum *Dilecti* tantum *in Chriſto Filii* nominentur.

§. III.

§. III.

Quibus olim titulis Patres Conciliorum erga Romanum Imperatorem vſi fuerint, tradit libellus a Patribus in Synodo Francofurtenſi An. 794. congregatis ad Epiſcopos Hiſpaniae miſſus, cuius verba: *Clementiſſimi ac Tranquiliſſimi Glorioſique Caroli Regis*, DOMINI TERRAE, *Imperii Eius Decreto - - multitudo Antiſtitum - - conuenit etc.* apud BARONIVM *ad h.a. p. 465.* Eundem in modum audit Declaratio Synodi Ticinenſis An. 877. Carolo Caluo Imperatori facta, cuius verba apud GOLDASTVM *Conſtitut. Imperial. T. II. p. 30.* haec leguntur: *Nos vnanimiter Vos* (Imperatorem) *Protectorem*, DOMINVM *ac Defenſorem omnium noſtrûm elegimus, cui et gaudenter, toto cordis affectu, ſubdi gaudemus.* *Stylus Conciliorum ad Imperatorem.*

Adde quae Parte priori S. I. §. V. dicta ſunt.

§. IV.

Singularia ſunt, quae in Diplomate primariarum precum ab Imp. Aug. Carolo VII. ad Eccleſiam nobilium virginum in Börſtel dato, dd. 18. Oct. 1742. vbi: *ex inueterata conſuetudine etiam apoſtolica autoritate a S. Sede ac Sanctiſſimo in Chriſto Patre*, DOMINO *Benedicto XIV. Sanctae Romanae ac vniuerſalis Eccleſiae ſummo Pontifice roborata ius competat*, quale ſcribendi genus inde a Pacis Weſtphalicae tempore, praeſertim erga Euangelicos in vſu non fuit. v. THVCELII *Acta Comit.* de A. 1743. T. III. p. 90. et 143. ſq. *Singulare de Carolo VII. imp.*

§. V.

Romanae Curiae ſtylus, ſicut vbique, ita etiam in compellandis Electoribus S. R. I. Domini titulum ignorat, cuius exemplum ſunto credentiales Literae Nuncii ad Diaetam Electionis Imp. A. 1741. ablegati, quarum Inſcriptio: *) *Pontifex Electores Dominos non vocat.*

Venera-

Venerabilibus Fratribus et dilectis Filiis, Nobilibus Viris, S. R. I. Electoribus ad Comitia Francofurtum conuocatis pro Imperatoris Electione.

*) in Dn. PARENTIS Zuſätzen zum Teutſch. Staats-Recht *T. I. p. 352.*

## §. VI.

*attamen Cardinales,*

Cardinales autem aliter circa hunc titulum ſtatuunt, hoc nempe ſeruato diſcrimine, vt Electoribus ſecularibus ſcribendo Domini titulum etiam omittant, eccleſiaſticis autem, vtpote archiepiſcopali pallio ornatis, ſine mora tribuant, cuius Exemplum habes in Literis huius Collegii ad ſingulos Electores Romanae Eccleſiae addictos datis de An. 1689. quibus eos hortatur, ne in Comitiis Auguſtae Vindelicorum tunc inſtituendis aliquid in detrimentum Eccleſiae concludi patiantur, vbi ad tres Electores eccleſiaſticos hoc titulo vtuntur: Reuerendiſſimo in Chriſto Patri et Domino, Dn. Archiepiſcopo N. N. Fratri noſtro chariſſimo, Sac. Rom. Imperii Principi Electori; in Contextu: Dominatio Veſtra Reuerendiſſima. Electores vero ſeculares tantum hoc elogio alloquuntur: Dilectiſſimo Nobis in Chriſto - - Sacri Romani Imperii Principi Electori; in Contextu autem: Nobilitatem Veſtram, appellant. v. LÜNIGII *Liter. Procer. Europ. T. III. p. 296. ſqq.*

CAPVT

# CAPVT VII.

## DE HVIVS TITVLI OBSERVANTIA INTER ELECTORES ET PRINCIPES, EORVMQVE CONIVGES ET LIBEROS.

§. I.

Electores *Domini* titulo ſe inuicem ſalutant. *Electores ſe inuicem,*

§. II.

Electores, dum ad Principes literas mittunt, voculae Vetter, qua ſe inuicem compellare ſolent, titulum *Domini* non anteponunt. *non autem Principes,*

§. III.

Principes S. R. I. in literis actisque publicis, quando Electorum mentionem faciunt, titulo Vetter, qui ipſis inuicem communis eſt, vocem *Domini* praefigunt. *licet hi ſemper Electores, Dominos appellant.*

De extero Principe rarioris exempli caſum refert FELTMANNVS *l. c p. 399. Ad Ludouicum,* ait, *Septemuirum Palatinum Dux Tremovillaeus dederat Literas, quibus ei ceu propinquo ſignificabat nuptias ſuas cum filia Ducis Crecaei, easque inſcripſerat:* A MONSIEUR, MONSIEUR L'ELECTEUR PALATIN, *ratus adſinitatis arctioris iure ſibi recedere a more, quem caeteri Duces Paresque Galliae, qui laudato Principi ſemper largiti:* MONSEIGNEUR *et* ALTESSE ELECTORALE, *religioſe cuſtodierunt. Verum hic non reſignatas literas reddidit memorato Bretono, qui eas tulerat.*

§. IV.

Electores et Principes Coniuges ſuas mox *Dominas* appellant, mox non. Albertus, Dux Saxoniae, in *Elect. et Principes Coniu-*

 Charta

*ges ſuas non ſemper Dominas,* Charta quadam de An. 1292. apud BECMANNVM *Hiſtor. Anhalt. P. III. L. II. C. II. §. 9. p. 321.* Coniugem ſuam vocat: *Inclytam ac precordialiſſimam Vxorem noſtram*, DOMINAM AGNES etc. item Maximilianus Emanuel, Bauariae Elector, dum mortem primae Coniugis Duci Saxo-Vinarienſi notam facit, in MÜLLERS Staats-Cabin. *I.* Eröffn. *p. 343.* eam appellat: Die Durchleuchtigſte Fürſtin und Frau, Maria Antonia ⸗ ⸗ unſerer geliebteſten Frau Gemahlin Liebden. Haec autem nota ſunt imo notiſſima, id tantum adhuc moneo, vocem Gemahlin originem ſuam tantum ducere a Seculo XV. et magis XVI. cum anteriori tempore coniugibus Principum titulus einer Haus⸗Frau, ehelichen Wirthin ꝛc. tribui ſolitus fuit.

§. V.

*hae vero maritos Dominos vocant.* Contra vero Coniuges Principum, aequale ſit matrimonium nec ne, Maritorum nomini *Dominicum* titulum adponentes, κατ᾽ ἐξοχὴν feciſſe intelliguntur, dum ex parte maritorum donatus magis honoris et beneuolentiae, quam obſeruantiae, multo minus obſequii, ſymbolum eſt. Beatrix, Vidua Imp. Henrici in Documento quodam de An. 1250. ap. PAVLLINI *in Annal. Iſenac.* ſcribit: *Beatrix D. G. - - notum facimus, quod* DOMINVS NOSTER, *Heinricus, Romanorum Rex Sereniſſimus etc.* In reuerſalibus literis Adolphi Comitis Cliuenſis de An. 1399. apud STRVV. *in Iurispr. heroic. T. II. p. 567.* quibus dotem a Coniugis parente accepiſſe fatetur, haec ipſa hunc in modum ait: Hat ⸗ ⸗ unſer lieber Schwager, Herr und Vater ⸗ ⸗ unſerm lieben Herrn und ehelichen Manne geben und beweiſet 25595. fl. In Praecepto Eliſabethae Maltitiae Albertus Degener dicitur: *Illuſtris Princeps*, NOSTER DOMINVS ET MARITVS DILECTVS *Albertus, Thuringorum Landgrauius;* in

in SAGITTARII *Supplem. Gothan. p. 72.* et in Diplomate eius atque Friderici filii, de Friderico admorſo dicitur: *pro ſalute illuſtris et kariſſimi* DOMINI NOSTRI *Friderici Senioris, Marchionis Miſnenſis etc.* in TENZELII *ſuppl. Hiſt. Goth. p. 87.* Anna, Archi-Ducifſa Auſtriaca, nupta Alberto V. Duci Bauariae, in Literis, quibus Succeſſioni in terris Auſtriacis renunciat, A. 1546. datis hoc eodem ſtylo vtitur: **Wir Anna = = bekennen, = = nachdem = = Herr Ferdinand ꝛc. ꝛc. unſer gnedigſter lieber Herr und Vater, Uns zu dem = = Herrn Albrechten = = unſerm freundlichen lieben Herrn und Gemahl, mit ſeiner Lieb Herrn und Vaters = = unſers freundlichen lieben Herrn vnd Vaters = = vermählt ꝛc.** In Pacto Vnionis Limburgenſi de A. 1604. legitur: **Wann dann = = Unſer geliebter Herr Vater ſeel. bey Sr. Lbd. Lebzeiten die ſechs ältern Schweſtern verheurath, = = daß ſo wohlen ihre Herrn und Gemahlen und ſie ſelbſten, wohl zufrieden ꝛc.** FELTMANNVS *l. c. p. 306.* refert, extare adhuc Edictum Iſabellae Clarae Eugeniae, dd. 22. Febr. 1626. in quo Maritum ſuum Archi-Ducem Albertum decorauerit titulo *clementis Domini.* Vidua Principis Ariberti, e nobili familia de Kroſigk orta, in literis, vbi mortem Mariti nuntiat, eundem vocat: **Meinen gnädigen Fürſten, Herrn und herzallerliebſten Ehegemahl.**

§. VI.

*Auſtriaci filii nunquam Domini compellantur.*

In Pactis Familiae, Teſtamentis aliisque Conſtitutionibus Archi-Ducum Auſtriae, praecipue Imperatorum e Sereniſſima hac Domo electorum, *nullum* me ſciente, exſtat exemplum, eos vnquam Filios ſuos, etiamſi in Regia dignitate conſtitutos, *Domini* titulo honoraſſe. Excipe tamen ſequioris ſexus Dominas, ita enim Imperatrix Vidua Eleonora Magdalena Thereſia, glor. mem.

in literis ad Magiſtratum Francofurtenſem hunc in modum ſcribit: Eleonora Magdalena Thereſia, von Gottes Gnaden verwittibte Römiſche Kayſerin = = des Durchlauchtigſt=Großmächtigſten Fürſten, Herrn Caroli des III. Königs in Spanien, Hungarn und Böheim, leibliche Mutter und deren Erb=Königreichen, Fürſtenthümern und Landen dermalige Regentin. Erſame, liebe Beſondere. Wir fügen euch hiemit gnädigſt zu wißen, welchergeſtalten unſers freundlich geliebten Herrn Sohns Caroli, - - Majeſtät und Liebden ꝛc.

§. VII.

*Saepius tamen rel. Princip.* Principum Filii in ſcriptis publicis, Teſtamentis aliisque ſtatutis ſolemnibus a Parentibus ſuis mox titulo Domini ornantur, mox nomen eorum nude ponitur, addito tamen plerumque honorifico verbo: Dilectio Veſtra (ſua.) Ita Elector Saxoniae Iohannes Georgius I. in Teſtamento: So bald nun unſere drey Herrn Söhne ihre ſpecificirte Landes=Portiones einnehmen ꝛc. Item: Was Wir auch Unſerer drey Söhne, Herrn Auguſti, Herrn Chriſtian und Herrn Mauritii halber verordnet ꝛc. Georgius I. Elector Saxoniae, in Teſtamenti tabulis An. 1652. conditis, filiorum mentionem faciens, ita eos compellat: Was nun Unſer Churfürſtenthum belanget, = = wollen = = Wir = = Unſern geliebteſten älteſten Sohn, Herrn Johan Georgen, Herzogen zu Sachſen ꝛc. als Chur=Prinzen und Primogenitum etc. ſo lange Seine Liebden lebet, oder in Mangel Seiner Liebden, Dero älteſten Sohns Liebden ꝛc. = = und wenn diſer Unſer beeden Herrn Söhne Liebden keiner mehr am Leben, alsdann Unſern auch geliebten Sohn, Herrn Chriſtian ꝛc. Eadem dicendi formula legitur in Teſtamento Mauritii Ducis Saxo-Numburgenſis de An. 1681. 4. Februar. vbi:

Setzen

Setzen Wir hiemit zu Unſerm einigen wahren und Univerſal-Erben - - Unſern geliebten älteſten Sohn, Herrn Moriz Wilhelm, - - in Abgang deßen Unſern andern geliebten Sohn, Herrn Chriſtian Auguſten, - - nach deßen Abgang aber Unſern dritten geliebten Sohn, Herrn Friderich Heinrichen ꝛc. porro: der von Uns alſo inſtituirte Univerſal-Erbe, Unſer älteſter Sohn, oder älteſten Sohns älteſter Junger Herr ꝛc. apud LÜNIGIVM *R. A. Part. ſpec. Cont. II. p. 631.* Elector Bauariae Maximilianus Emanuel in Confirmatione Pactorum Coniugalium Ser. Filii, Auguſtiſſimi poſtea Imperatoris, Caroli Alberti: *Nos*, ait, *Maximilianus Emanuel - - notum facimus, cum - - Dominus Carolus, Rom. Imp. huius Nominis VI. - - dilectiſſimo Filio Noſtro, Sereniſſimo Principi*, DOMINO *Carolo Alberto perdilectiſſimam ſuam ex Fratre Neptem, Ser. Dominam Mariam Amaliam - - in futuram Coniugem deſponſarit. etc.*

## OBSERVATIO
### DE VOCE:
# Juncker et Jungfrau.

### §. VIII.

Iungenda hic apprime videtur obſeruatio de voce: Juncker et Jungfrau, eiusdemque vſu et ſignificatu. *Synonymia et Significatus.* Reſpondet voculae huic Latinum illud: *Domi-* vel *Domnicellus*, item *Herilis*, quod vero originem potius ſapit Germanicam et idem ſignificare vult, quam Herrlein. Senſus huius tituli ex ipſa vocis analyſi ſe offert, nempe nihil aliud nominare, quam einen jungen Herrn.

§. IX.

*Vſus proprius et originarius, in familiis Principum et Comitum etc.*

Si ad primas eius origines recurramus, voce hac primum in Germania ſalutatos eſſe videmus Ducum, *) Principum, Comitum **) Baronumque filios et quidem eos, qui nullo adhuc Dominatu erant potiti. Non quidem, vt recte dicam, exempla deſunt in tanto antiquitatis apparatu, ipſis etiam Ducibus et Principibus arriſiſſe, ſemet in Literis ſuis *Iunckers* nominandi, ita enim Duces Brunſuicenſes in Diplomate de An. 1374. ſemet appellant: **We Junckern Frideric, Henrick und Otto, Bröder, Herthoge to Brunſwick ꝛc.** et in alio Diplomate eiusdem anni: **Jungherr Frederick Hertoge ꝛc.** in *Actis Iudicialibus* **die Huldigung betr.** *impr. in Fol. A. 1603. P. I. p. 412. et 502.* In Documento de An. 1393. Wezlarienſes ita loquuntur: **Dem Hochgebohrnen Fürſten, unſerm lieben gnedigen Junckern, Juncker Herman, Landgrafen zu Heßen ꝛc. in den Beylagen der gedruckten** *Deduction* **des Hochfürſtl. Hauſes Heßen-Darmſtatt, deßen zuſtehende Regalien in der Stadt Wezlar betr.** *n. I.* ALBERTVS ARGENTINENSIS *in Chronico* ad A. 1376. ait: *Eodem anno - - obit* DOMICELLVS *Iohannes, Landgrauius Alſatiae, in quo ceſſauit progenies Landgrauiorum Alſatiae.*

*) In Transactione Alberti, Archi-Epiſcopi Bremenſis cum Ciuitate Bremenſi de An. 1366. apud LÜNIG *R. A. P. ſpec. Cont. II. p. 445.* ſub finem legitur: Unde Wy Hertoghe Wilhelm, **Junghere Lodewich**, Hertoghen ze tho Lüneborch vorghenampt, Herr Henrich, Proveſt tho Lüneborch hebbe ock unſe Ingheſehghele hangen tho deſen Breve ꝛc. In Diplomate de An. 1374. und we Juncher Lodewig, Herthigen Magnus Sohne; idem hic Ludouicus primogenitus Ducis Magni Brunſuicenſis Filius in Fideicommiſſo de An. 1325. appellatur: Woll **Jungherrn** Lodewigck, Uſer Sohne ꝛc. Item in Priuilegio Succeſſorio Ducum Cliuenſium, vbi leguntur haec verba: Jedoch mit Vorbe-

Vorbehalt aller Scheidbrief, ſo Unſer gnediger lieber Herr, und Unſer gnediger lieber Jungckherr, ſein Bruder, einander gegeben haben ꝛc.

**) In Familia Comitum Hanoicorum Statuto quodam ſpeciali prouiſum fuit, ne quis ex iis praeter primogenitum vocaretur Herr, ſed reliqui fratres iuniores omnes, Jungherrn, teſtante id KNIPSCHILD *l. c. n. 51.* Imo in eadem Domo receptum fuit, ne Comes, etiamſi Regimen terrarum ſuarum iam ſuſceperit, aliter quam Juncker appellaretur, vsque dum matrimonium inierit v. Deduct. Hanoic. Ob die Grafen und Herrn ꝛc. mit der R. Ritterſchafft, in ſpecie denen v. Carben in Vergleichung zu ſtellen, p. 67. not. *) A. 1330. Comes Mansfeldicus: Wir Burchard, Graf zu Mannsfeld, mit Vollworth Unſer Bettgenoßin Frau Odin und Unſer Söhne, Jungkherr Burcharden, Jungkherr Otten, Jungkherr Siefrieden ꝛc. in HERZOG *Chronic. Alſat. p. 76.* Diploma Conradi Comitis Oldenburgici, datum ciuibus Delmenhorſtanis, dum tutor Comitis eſſet, ita loquitur: Wy Greve Cort van Oldenborch bekennen openpar in düßem Breve, dat wy de Huldigung, de uns de Rathmanne vnd de Börgere der Stadt Delmenhorſt gedan hebben, entfangen hebben, tho unſers Bölen (Pupillen) Hand, Juncker Otten, Greven de Delmenhorſt etc. Adde quae de hac voce leguntur in BVCELII *Notis ad Chronicon Ioh. de Becka p. 42. Domicelli,* ait, *vocati iuniores Hollandiae Comites et nondum equeſtri dignitate donati. Sic Wilhelmus, qui poſt Romanorum Rex creatus, Domicellus vocatur, quod nondum Eques.* Et p. 81. *Domicelli Hollandiae, Teutonice Ionckern van Holland, ita vocabantur, quorum Pater adhuc ſupereſſet, vel qui ſub tutela aliorum degerent; etiam qui nondum equeſtri dignitate donati eſſent.*

## §. X.

Imo et Imperatorum et Regum filios hoc nomine olim fuiſſe compellatos, deprehendimus. Sic GVIBERTVS *Epiſt 39.* ita ſcribit: *Ego quidem, cui ob beneficia Ottonis multa eſt fides, circa Herilem filium ſic portinus delibero.* Ita etiam notandus locus occurrit in lectu digna deſcriptione ſolemnium nuptialium Ducis Georgii Bauarici, *Ita vocati Imperatorum, Regum, Principum,*

vulgo

vulgo des Reichen, de A. 1475. in MÜLLERS Staats-Cabinet *II.* Eröffn. *p. 351.* vbi: Item darnach danzet der Jung Kayſer, mit der Marckgreffin, und danzet im for Herzog Sigmund, der Junge Pfalzgraf, der Junge von Wirtemberg und Herzog Chriſtoffel. Item darnach danzet der Junge Pfalzgraf mit dem Jungen Freilin von Sachſen und das Freilin hett an einen ſchwarzen Rock ꝛc. Alio quodam loco Regis Daniae filius et quidem primogenitus vocatur: Juncker Otto von Dennemarck. In Charta dotali inter Alfonſum, Petri Arragoniae Regis filium atque Eleonoram, Eduardi I. Regis Anglorum, filiam A. 1282. conſcripta, apud *du* MONT *T. I. P. I. n. 52. p. 415.* legitur: *Nos autem Archi-Epiſcopus et Epiſcopus praedicti eiusdem Domini Regis mandatis parere volentes, virtute et auctoritate praedicti Mandati, contracto matrimonio per verba de praeſenti inter Illuſtrem* DOMICELLVM *Alfonſum, eiusdem Domini Regis primogenitum praeſentem et Illuſtrem* DOMICELLAM *Alionoram, Illuſtris Regis Angliae primogenitam, per Nobilem virum, Dominum de Veſcy, procuratorem eiusdem* DOMICELLAE, *contrahentem per eadem verba de praeſenti conſenſum eiusdem* DOMICELLAE *exprimentia, prout iura permittunt, eidem Illuſtri* DOMICELLAE - - *pro arris* - - *etc.*

§. XI.

*et Militum filii.*

Porro etiam teſtante *du* FRESNE *in Gloſſar.* ita vocabantur Militum filii, nondum militari cingulo accincti. Sic Charta anni 1233. apud PERARDVM *in Burgundicis p. 425.* ait: *De laude et aſſenſu filiorum meorum, videlicet Hugonis iam militis, Elizabeth vxoris eiusdem, Alani et Galtheri filiorum meorum, adhuc* DOMICELLORVM. Speciatim quoque ii, qui in Regali aut Principum aula nutriri conſueuerant, quales ſunt, quos hodie *Pages* nominamus, hoc titulo inſigniebantur; inde etiam ii, qui

in

in nobiliori Principis ſeruitio ſunt, vocantur Hof-Junckern, quod autem genus alias praeterea ſub ſe comprehendit ſpecies: Cammer-Junckern, Jagd-Junckern ꝛc.

§. XII.

De voce Fräulein, Jungfrau, Damiſella vel Domicella pauca haec notabo: *De voce* Fräulein *et* Jungfrau.

1. In antiquioribus temporibus familiaris erat haec appellatio Regum et Principum filiabus et cum voce Jungfrau diu pari paſſu ambulabat; imo haec quoque quam vſitata fuerit, docent Pacta matrimonialia inter Annam, Imperatoris Alberti II. filiam et Guilielmum Saxoniae Ducem An. 1442. inita, apud MÜLLER in des Staats-Cabinets *IV.* Eröffn. *p. 209.* vbi legitur: Wir Wilhelm, Herzog von Sachſen - - bekennen hiemit, - - als ſich etwen der Allerdurchleuchtigſt Fürſt vnd Herr, Herr Albrecht, Römiſcher König - - vnd - - Frauw Elizabeth, Königynn zu Hungern, - - ſein Gemahel, vnſer gnedige liebe Frauw, Vns, vorgenannten Herzog Wilhelmen, die Erleucht Fürſtinn, Jungfrauw Annen, Jr beider eeliche älteſte Tochter, zu eyner elichen Gemaheln zu geben - - verſprochen ꝛc. Alſo hat nu der - - Herr Friderich, Römiſcher Kunig, - - vnſer gnedigſter Herre, als Vormund - - der obgenannten Jungfrauwen Annen, auch Jungfrauwen Elizabethen, irer Schweſter ꝛc. Porro in Deſcriptione nuptiarum Maximiliani I. cum Maria Burgundica apud *Eund.* in Reichs-Tags-Theatr. unter *Maximil. I.* 1ſten Vorſtell. *c. V. p. 62.* refertur: Auf der rechten ſaßen die Jungfrau von Burgundien, zu der lincken Hand der Fürſt von Oeſterreich, vor der Jungfrau des Herzogs von Geldern Tochter, - - darnach - - was die Jungfrau von Burgundia des Herzogen Freunden und

der Herzog der Jungfrauen gewaltigen geantwortet, ⸗ ⸗ darnach wurd die Jungfrau von der Alden von Burgundia ⸗ ⸗ ehelichen beygelegt ꝛc.

2. Principum filiae in Teſtamentis, Pactis, Tabuliſque dotalibus ad finem vsque Seculi XVII. hoc verbo adhuc fuerunt nominatae, quod praeter innumera documentorum teſtimonia vlteriori opus non habet.

3. Hae autem cum titulum hunc faſtidirent, et Principiſſae vocari mallent, manſit tamen adhuc in Comitum et Dominorum familiis.

4. Mores horum imitati inferioris ordinis Nobiles hanc quoque vocem inter ſuos vulgarem fecerunt. Ill. WICQVEFORT ad hunc morem obſeruat: *Il y a des filles en Allemagne et à leur exemple en Hollande, qui ſe tiendroient affrontées, ſi on les traitoit de* DEMOISELLES: *et ſi on ne les appelloit* Fräulein, *qui eſt un mot Alleman qui a la même ſignification et la même étimologie. Car comme en France on a formé Damoiſelle de Dame, ainſi on a formé en Allemagne* Fräulein de Frau. *En France le frére du Roy ne traite ſon aîné et ſon Souverain que de Monſieur, et la premiére Princeſſe de France après les filles du Roy et la plus riche de l'Europe fait gloire d'en être auſſi la premiére* DAMOISELLE.

5. Filiae etiam naturales Magnatum ſolo quandoquidem nomine einer Jungfrau fuerunt inſignitae. Legeſis Pacta matrimonialia Iohannis Comitis Friſiae Orientalis et Dorotheae ab Auſtria, Maximiliani I. filiae, de An. 1539. in BRENNEYSEN Oſt⸗Frieſ. Hiſtor. T. I. L. 5. p. 193. vbi Ende verſcheenen ⸗ ⸗ met Jonffer Dorothea van Oſtenryck, natuirlycke Dochter van wylen ⸗ ⸗ Kayſer Maximiliaen, ⸗ ⸗ ende angaende de vorn. Juffrou Dorothea ꝛc.

*) Quan-

*) Quantum differant Jungfern et Jufferen, refert FELTMANNVS *l. c. p. 351.* *Titulo* Jungfer, ait, appellantur in Germania inferiore ciuium haud in dignitate conſtitutorum filiae, ſed Jufferen ſunt virgines ortae ex parentibus munere publico aut Doctoris titulo claris.

6. Circa titulum Damiſellae aut Domicellae praeſertim annotaui, in Regnis et Ducatibus Galliae et Italiae perquam fuiſſe vſitatum; ſic in Pacto matrimoniali inter Theobaldum, Campaniae Comitem et Regis Scotiae nuntios, de An. 1218. in du MONT *Corps Diplom. T. I. P. I. p. 158.* legitur: *Recognouerunt - - ſuper matrimonio contrahendo inter ipſum Theobaldum Comitem et nobilem* DOMICELLAM, *Margaretham, Sororem dicti Reges, videlicet quod ipſe Rex Scotiae et Regina mater eiusdem* DOMICELLAE, *infra proximum feſtum B. Andreae Apoſtoli, debeant eis mittere ipſam* DOMICELLAM *et 6000. marcarum argenti ad pondus Trecenſe cum ipſa* DOMICELLA. Item inter Carolum Sabaudum et Ludouicam de Sabaudia de An. 1473. l. c. T. III. P. I. p. 455. *Quod - - illuſtris Dominus Carolus de Sabaudia - - accipiet in eius vxorem et ſponſam legitimam praefatam illuſtrem* DOMICELLAM *Loyſiam de Sabaudia etc.* Porro legitur in tabula dotali Friderici Arragonii, Principis Tarentini, Sponſi Annae Sabaudicae, l. c. p. 39. *Quod - - Illuſtriſſima* DAMISELLA *Anna de Sabaudia - - Dominum Fridericum in ſuum verum et legitimum Virum et Maritum accipiet, ac - - ipſa Illuſtriſſima* DAMISELLA *- - matrimonium contrahet etc.*

7. Tandem Domnicellarum nomine etiam appellatae fuerunt Canonicae ſeculares, de quibus IACOBVS DE VITRIACO *in Hiſtor. Occident. C. 31.* ita ſcribit: *In quibusdam Teutonicorum et Alamannorum prouinciis quaedam ſunt mulieres, quas Canonicas ſeculares ſeu* DOMNICELLAS *appellant. Non enim Moniales nominari volunt, ſicut Canonici*

*nici ſeculares Monachi dicuntur. Hae ſiquidem adeo perſonas accipiunt, quod non niſi filias Militum et Nobilium in ſuo Collegio volunt recipere.* Quisque videt, quantum haec deſcriptio ſimilitudinis habeat cum Collegiis nobilium, quae ſub nomine derer Fräulein-Stiffter veniunt, hinc inde in Europa, praeſertim Germania, in nobilitatis cura omni tempore ſollicita, diſperſis, quae vero huius loci non ſunt.

## §. XIII.

*Principum filii Parentes appellant Dominos.*

Electorum et Principum Filii Parentes ſuos *Domini* elogio ſalutare ſolent. Plura id loquuntur exempla, quorum aliquot tantum allegabo: An. 1401. ambo Fratres et Comites Palatini Ludouicus et Iohannes in Pacto quodam, apud Continuatorem *Elector. Iur. publ. curioſ. p. 383.* ita loquuntur: Wir haben auch gebeten den Ehrwürdigen Herrn Rauen, Biſchofen zu Speyer, unſers obgenannten Herrn und Vaters Canzlern, den edelen, Grav Emychen von Lyningen, unſers obgenannten Herrn und Vaters Hofmeiſtern ꝛc. Wilhelmus, Comes Palatinus in Literis A. 1508. ad Elect. Fridericum Saxoniae miſſis, in MÜLLERS Staats-Cabinet *I.* Eröffn. *p. 340.* mortem parentis ita queritur: Ewr. Lieb vnd Gnad verkünden wir mit großen herzlichen Schmerzen, Laid vnd hochbetrüebtem Gemueth, daß weyland der Hochgebohrne vnd Durchl. Fürſt vnd Herr, Herr Albrecht, Pfallenzgrave bei Rein ꝛc. unſer liebſter Vater vnd genediger Herr ꝛc. durch Berufung des Allmechtigen an geſtern die Schuld der menſchlichen Natur bezallt = = Ewr Lieb vnd Genad geruhen auch, deſſelben unſers liebſten Herrn Vaters vnd genedigen Herrn Seele zu Troſt ꝛc. Georgius Saxoniae

niae Dux in Literis ad Patrem Albertum de incendio Dresdenſi ſub initium eleganter ſcribit: Söhnliche Liebe, mit gehorſamer Unterthänigkeit, mit ganzen Treuen allezeit zuvor, Hochgebohrner Fürſt, lieber Herr und Vater. v. MÜLLERS *Annal. Saxon. p. 54.* Hodienum quidem, mutato multis modis ſcribendi genere, vſitatior eſt formula: Unſers hochgeehrteſten Herrn Vaters Gnaden, et in literis a liberis illuſtribus ad Sereniſſimos Genitores datis: Gnädig = hochgeehrteſter Herr Vater, vel etiam nude: Gnädiger Herr; praemiſſo ergo Domini quidem vocabulo, non tamen in eminenti hoc et illuſtri ſignificatu, prout exempla modo allegata docent.

§. XIV.

*De fratre aut cognato Domino.*

Tandem illud quoque monendum duxi, perſonas, fraternitate vel affinitate iunctas, Domini elogio eos honorare, qui dignitate quadam eminente ipſis praecedunt. Sic Rudolphus Elector Palatinus, cuius filiam Carolus IV. Imp. in matrimonium duxerat, in tabulis dotalibus hac formula vtitur: Wir Rudolph = = bekennen, = = daß es zwiſchen dem Allerdurchleuchtigſten Fürſten, unſerm gnädigen Herrn und lieben Sohn, Herrn Carle, von GOttes Gnaden Römiſchen Künig, = = begriffen und vollführet iſt, daß er die Hochgebohrne, Annen unſere liebe Tochter, zu einer ehelichen Künigin und Würtin genommen hat, = = daß uns der vorgenannt Unſer gnediger Herr und lieber Sohn ꝛc. vid. *du* MONT *l. c. T. I. P. II. n. 315. p. 251.* Anna, nata Regia Princeps Hungariae, nupta Guilielmo, Saxoniae Duci, in Literis Fratri Ladislao, Regi Hungariae, A. 1454. miſſis, eundem in modum ſcribit: Min inniges Gebet vnd Schweſterliche Liebe in ganzin Truwen vnde was ich allzeit Gutes vermag, zuvoran, Durchluchti-

luchtigiſter Hochgeborner Fürſt, liebſter Herre vnd Bruder. Als uwer Gnade mir, bey mynes lieben Herrn vnd Gemaheln Reten ⸗ ⸗ uwer Geſundheit, gut Weſen vnd Volmögen erboten hat, das habe ich von Grunde mynes Herzens begirlich vnd gerne gehört, ⸗ ⸗ vnd füge uwern Gnaden zu wiſſen, daß ich von Gnaden des Almechtigen Gotes geſund vnd wolmögende ben, mir auch mid allen Sachen richtig vnde wol zuſtehet, daß ich uwern Gnaden, als myn liebſten Herrn vnd Bruder widerum zu verkunden nit habe mögen verhalten. Conf. MÜLLERS Staats ⸗ Cabinet *IV.* Eröffn. *p.* 262. Ioh. Friderici, Saxoniae Electoris Literae ad Chriſtianum, Daniae Regem de An. 1538. hiſce conceptae verbis leguntur: Durchleuchtiger Konigk, vnſer freundlich vnd willig Dienſt, auch was wir Liebs vnd Guts vermögen, allezeit zuvor, beſonder lieber Herr vnd Oheim. ⸗ ⸗ Das haben Wir Ew. Kön. Würde, als unſerm beſondern lieben Herrn vnd Oheim ⸗ ⸗ nit unangezeigt laſſen wollen. Ibid p. 349. Ita etiam quotidianis exemplis expertum eſt, Sereniſſimos Landgrauios Haſſiae, Duces Guelferbytanos, Marchiones etiam Brandenburgicos e Regia ſtirpe oriundos, eodem ſtylo vti erga Potentiſſ. Reges Sueciae, Magnae Britanniae et Boruſſiae, etſi arctiſſimo affinitatis vinculo iunctos.

## §. XV.

*Principes a Comitibus* gnädige Herrn,

Principes Imperii a Comitibus, multo magis ab inferiore, licet immediata, nobilitate appellantur: Gnädigſte, ſeu gnädige Herrn, illi vero Comites tantum nominant: Der Herr Graf, ſiue, praeſertim ſi familia nominis antiquitate illuſtri oriundi vel affinitate iuncti ſint, der Herr Vetter.

§. XVI.

§. XVI.

Comites Imperii a Nobilitate equeſtri elogio: Gnädige Herrn, imo, qui potentia aut dignitate prae reliquis inſignes ſunt, gnädigſte Herrn, honorantur. *et Comites a nobilibus ſimiliter nominantur.*

* * * * * * * * * * * * * * *

# CAPVT VIII.

## QVAE CIRCA VSVM HVIVS TITVLI IN SVPREMIS IMPERII IVDICIIS ET CONVENTIBVS OBSERVANDA VENIANT, OSTENDIT.

§ I.

Excelſum Iudicium Imperiale Aulicum a primis originibus in duas claſſes diuiſum fuit, quarum vna et nobilior audit die Herren-Banck, altera autem die Ritter- und Gelehrten-Banck. *Iudicium Imp. Aulicum,*

§. II.

Aſſeſſorum quoque excelſae Camerae Imperialis dimidius numerus viris Comitum vel Dominorum dignitate perſpicuis conſtare debebat; ita ſaltem ab initio cautum erat in Comitiis Conſtantientibus A. 1507. celebratis, quorum conſtitutio haec eſt: Darunter das halbe Theil von redlichen, verſtändigen und gelehrten Doctorn oder Licentiaten in Iure, und der ander halb von Grafen, Herrn, oder, aufs wenigſte, von redlichen, verſtändigen, Rittermäßigen Perſonen ſollen ſitzen. Sequentes vero Ordinationes, vtpote Wormatienſis de An. 1521. Auguſtana de A. 1555. Receſſus item Spirenſis de An. 1570. tantum requirunt, vt ſint aus der Ritterſchafft gebohren. *et Camera Imperii ex Ordine Dominorum conſtituitur.*

§. III.

§. III.

*Iudex Camerae Dominus eſſe debet.*

Ex Dominorum quoque ordine illuſtris Iudex Camerae Imp. eligi et conſtitui poteſt, iubente ita Ordinatione Camerali de A. 1521. vbi Tit. I. Erſtlich ſollen und wollen Wir Unſer Cammer-Gericht wieder mit einem redlichen, verſtändigen Cammer-Richter, der ein Fürſt, oder, aufs wenigſt, ein Graf oder Freyherr ꝛc. Iidem munere Praeſidum funguntur, iuxta verba Receſſus Auguſtani de An. 1530. §. 76. Diewеil nun ꝛc. Und daß ſolche 24. Perſonen, (darunter zween verſtändige Grafen oder Herrn ſeyn ſollen, dero Einer des Cammer-Richters Stett, in ſeinem Abweſen, oder, ſo er aus Ehehafften verhindert, jederzeit verweiſen und vertretten mag ꝛc. It. Ordin. Cam. Auguſt. de A. 1555. P. I. T. X. §. 1. Soll derſelbige (Cammer-Richter) dergleichen die andere Grafen und Herrn, ſo an ſein, des Cammer-Richter, ſtatt, in Neben Räthen praeſidiren. Plura circa hunc morem dicenda eſſent, cum autem non de Dominis, Nobilitatis claſſem conſtituentibus, ſed de titulari huius vocis vſu tantum agam, alia haec alio etiam loco tractanda ſunt.

§. IV.

*Iudicium Imp. Aulicum Comites non vocat Dominos,*

Iudicium Imperiale Aulicum Electoribus et Principibus titulum Domini attribuit, nunquam vero Comiti, etiamſi antiquiſſima ſtirpe nato, multo minus nobili immediato, quod innumera excelſi huius Iudicii Concluſa et Iudicata abunde demonſtrant.

§. V.

*at tamen Camera Imperii*

Camerae tamen Imperialis Iudicium, in eadem licet dignitate cum Iudicio Imperii Aulico ſit conſtitutum, S. R. I. Comitibus NB. *immediatis* vocem hanc honorificam non denegat; cuius diſcriminis rationem eam eſſe putat CRAMERVS *in Introd. ad Lünigii Theſaur. Iuris Comit.*

*Comit. p. 81.* quod Comites in Praeſentatione vel denominatione Aſſeſſorum huius Iudicii ſuum etiam addant ſuffragium, cui ſententiae accedit Tit. II. der Cammer-Gerichts-Ordn. §. 1. Der erſte Crays zeigt an ≈ ≈ Grafen, Freyherrn, (intelligas ſub hac voce veteres Germaniae Dynaſtas, non vero Nobiles immediatos) und Reichs-Städte ꝛc. item §. 5. der fünfte Crays zeigt an ≈ ≈ Grafen von Naßau, Graf von Sayn, Graf von Firnberg, Nider-Eiſenberg ꝛc.

§. VI.

Aſſeſſores Camerae Imp. ſemet inuicem, votando ſeu compellando, breuiter et *κατ' ἐξοχὴν Dominos* appellare, nonnulli tradunt. *Aſſeſſores Camerae ſemet vocant Dominos.*

Eundem ſtylum in *Rota Romana* moris eſſe, ex Inſcriptione Deciſionum huius Iudicii collegi, vbi: *Deciſiones* DOMINORVM *de Rota*, et in Praefatione legitur: *Ego Guilielmus Horbort, Alemannus, Decretorum Doctor minimus et inter* DOMINOS MEOS AVDITORES *minor*, - - *Deciſiones infra ſcriptas* - - *in quibus finaliter omnes, vel maior pars* DOMINORVM MEORVM - - *remanſerunt*, - - *coepi colligere* - - *et hoc ſub correctione et emendatione* OMNIVM DOMINORVM MEORVM etc. Teſte Domno *du* FRESNE *in Gloſſar.* Procuratores etiam et Advocati generales Senatus Lutetienſis *Domini generales* audiunt, cuius in fidem locum quendam e Compendio Iurium Vniuerſitatis affert, vbi: *Laudabilis etiam conſuetudo, Licentiandos omnes in qualibet facultate ſuperiori pridie Signetorum ad ſupremam Parlamenti Curiam omnesque Senatorum Cameras accedere, deinde ad Curias* DOMINORVM GENERALIVM, *Requeſtarum Camerae compotorum etc.*

§. VII.

Corpus Euangelicorum, ſeu Euangelicorum Principum Legati in Comitiis congregati, ſi ad Iudicium Camerae literas dent, *Dominorum* titulo perſonas Camerales ſalutant. Legeſis Literas d. d. 14. Febr. 1715. trans- *Corporis Euang. ſtylus erga Cameram Imp.*

 miſſas,

miſſas, cuius initia haec ſunt: Des Kayſerlichen und H. Röm. Reichs Cammer-Gerichts hochverordnete Herren Präſident und Aſſeſſores. Hoch- und Wohlgebohrner Graf und Herr, HochEdelgebohrne, inſonders Hochgeehrte Herrn. Unſern Hoch- und vilgeehrten Herrn iſt ſonder Zweifel bekannt ꝛc. In ſubſcriptione: Unſerer Hoch- und vilgeehrten Herrn dienſt- und bereitwilligſte ꝛc.

## §. VIII.

*Obſeruatio ſpecialis.*

Neſcio, an incuria aut ſtudio factum ſit, quod in Protocollo quodam Conferentiali Principum correſpondentium de acto Francofurti die 1. Aug. 1742. compellando intimos Imperatoris Miniſtros Domini titulus omiſſus, nominibus autem Legatorum Principum ſollicite appoſitus fuerit. Ita autem verba ſe habent: Inzwiſchen aber den vorerwehnten Aufſatz denen Kayſerlichen Conferenz-Miniſtris, und zwar dem Obriſt-Cammerer, Grafen von Preyſing, durch den Herrn Würtembergiſchen Geſandten Bar. von Wallbrunn, dem Reichs-Vice-Canzler, Grafen von Königsfeld, durch den Herrn Würzburgiſchen Bar. von Bibra, und dem Geheimden Rath von Braydlohn durch den Herrn Brandenburg-Culmbachiſchen Baron von Berghofer - - inſinuiren zu laſſen. v. THVCELII *Acta Comit. de A. 1742. T. II. p. 772.*

Similem quendam caſum, maioris tamen adhuc momenti, deprehendi in Decreto Imperatoris Aug. de d. Ratisbonae 27. (17.) Nou. 1671. vbi: Nachdeme der Hochwürdige Johann Philipp, Erz-Biſchof zu Maynz - - (titulo Domini prorſus omiſſo) das - - Ihrem Stifft Würzburg anheimgefallene Reichelsbergiſche Stammhaus denen geſammten Gebrüdern, benanntlichen Herrn Franz Georgen, Johann Philippen - - allen Freyherrn von Schönborn - - dergeſtalt zu Mann-Lehen verliehen ꝛc.

# CAPVT IX.

## SINGVLARIA HVIVS TITVLI EIVSQVE VSVS APVD STATVS PROVINCIALES.

### §. I.

*Dominorum* titulo in Curiis Statuum Prouincialium certa quaedam claſſis et ſingularis ordo comprehenditur, quam vernacula lingua plerumque **den Herren-Stand oder Herren-Banck** vocare ſolent. *Obſeruatio generalis.*

Probe diſtinguendum eſt inter vocem **Lands-Herrn** et **Land-Herrn**, ſeu vti nonnunquam formula reperitur: **Herrn im Lande** (*de* LVDEWIG *Reliq. MS. T. IV. p. 7.*) **Landes-Herr** enim Princeps eſt ſupremo territorii iure gaudens, **Land-Herrn** autem Ordines et Status Prouinciae. Generatim aſſerit, cuius tamen theſis fundamenta adhuc expectamus, Dn. de LVDEWIG *de Jurib. Feud. p. 91. Fuerunt nobiles Germaniae* **in dem Herren-Stand**, *vsque dum ſubmitterent ſe iugo equeſtris clientelae.*

### §. II.

Quid in M. Britanniae Regno circa hunc morem vſu veniat, tradit *le Grand Dictionaire Royal de l' Academie des Sciences T. II. p. 573.* vbi: *On appelle en Angleterre la Chambre haute la Chambre des* SEIGNEURS. *Vſus in M. Britannia,*

### §. III.

Antequam in *Daniae* Regno ſummâ rerum poteſtas penes Regem erat, negotia Regni in magnis Statuum Comitiis tractabantur, quae nomine **derer Herren-Tage** ſeu **Danehofe** inſignita erant. Origines eorum a tempore Friderici I. deducit eorumque ſimul ra- *Dania,*

 tio-

tionem ſolide exponit Dn. *Baro de* HOLLBERG in der Däniſchen Reichs-Hiſtorie P. III. p. 31. ſeq. Ita Chriſtianus IV. in Literis conuocationis hiſce vtitur terminis: etc. Wiſſet, weil von Uns und Uſerm lieben Reichs-Räthe in Dännemarck verordnet und für gut angeſehen worden, in diſem Jahr allgemeine Herrn-Tage hier in vorbenanntem Unſerm Reiche Dännemarck zu halten ꝛc. et in vetere quadam Statuum cum Rege Olao ſancita Capitulatione de An. 1376. poſt alia diſponitur: Die Herren-Tage ſollen nach alter Weiſe den 24. Junii gehalten werden. Fridericus quoque Tertius, Daniae Rex, in Diplomate, quo omne ius ſuum in Ducatum Sleſuicenſem Duci Friderico Gottorpienſi cedit, inter alia loquitur: Haben Wir mit Zuziehung Unſerer geliebten Herrn Reichs-Räthe alle ſämtlich ꝛc. in SCHMAVSII Corp. Iur. Gent. P. I.

§. IV.

*Hungaria,* Ordines Regni *Hungarici* in Literis Actisque publicis integrum Collegium concernentibus honorifico *Dominorum* titulo compellantur. Legeſis Confirmationem Imp. Caroli VI. Articulorum Statuum Regni in Conuentu generali Poſonienſi concluſorum, apud SCHMAVSIVM *in Corp. Iur. Gent.* vbi plus vna vice nominantur: DOMINI *Praelati, Barones, Magnates et Nobiles, caeterique Status et Ordines Regni noſtri Hungariae.* Similiter Diploma Regium Auguſtiſſimae nunc Reginae loquitur, in Ven. *Parentis* Nachleſe ungedruckter Staats-Bedencken *P. II. p. 11. ſq.*

§. V.

*Bohemia,* De *Bohemiae* Dominis *Auctor Annalium Colmarienſium ad A. 1278.* iam refert: *Rex Bohemorum congregauit occulte decem millia* DOMINORVM, *volens occulte comprehendere Regem Romanorum Rudolfum;* quo Sermone ſine dubio Auctor

Auctor intelligi vult Nobiles Prouinciae, den Land-Adel, Land-Herrn. Wenceslai Imperatoris Legati in Literis ad Collegium Electorale miſſis, quibus abſentiam eius in Comitiis Francofurtanis excuſant, inter alia ſcribunt: Sulche Sachen, die In zu Deutſchen Landen zu komen gehindert haben, nemlichin von ſulcher ſtoßſe wegen, die ſich zwiſchem Im vnd ſinen Lantherren zu Beheim erhaben hatten ꝛc. it. alio loco: Wie wöllen ſoliche uwer Meinunge - - an denſelben uwern vnd unſern Herren, den Römiſchen Künig bringen vnd was er darüber mit dem - - Künig von Ungern vnd andern ſinen Fürſten vnd Herren zu Rat wirdet, das mag Sin Gnade wol tun. In Catalogo Hoſpitum ad Solennia Nuptiarum Guilielmi Saxoniae Ducis inuitatorum etiam recenſentur: An auswürdiſchen Grafen, Herren, und Stedten: 1. Die Herren von Böheim. 2. Die Ritterſchafft von Böheim, 3. die Stedte von Böheim, 4. die Herren, Ritterſchafft vnd Stedte von Mehren. 5. Ehr Jhan von Wartenberg, Herr zu Tezſchin. 6. Ehr Albrecht von Koldiz, mit den Herrſchafften vnd Stedten zur Swydeniz, - - 11. Die Herren des Königreichs Ungarn; in MÜLLERI Staats-Cabinet *IV.* Eröffn. *p.* 214. Sigismundus etiam Imperator in Literis d. d. 6. Ian. 1436. ad Bohemiae Regni Status ſcribit: *Sed et hoc volumus, vt per* DOMINOS BOHEMOS, *Generoſos, Nobiles, Strenuos, Famoſos, Pragam et Ciuitates alias, vna cum Clero, Archi-Epiſcopus Pragenſis - - eligatur,* apud LEIBNITIVM *Tom. II. Cod. Iur. Gent. Diplom. §. 20. p. 142.* Idem teſtantur Literae Sigismundi, Poloniae Regis, ad Burggrauium Regni Bohemici A. 1519. exaratae, vbi: *Nos vero - - plurimum miramur, non eſſe id Nobis per Veſtram Magnificentiam et alios* DOMINOS REGNI BOHEMIE *declaratum*, et

porro: *Nobis non viſum fuit, absque conſilio Magnificentie veſtre et aliorum* DOMINORVM REGNI BOHEMIE, *quicquam ſtatuere, ſed retinuimus ipſos Oratores apud nos, donec ab - - aliis* DOMINIS REGNI BOHEMIE, - - *edoceamur.* V. MÜLLER *l. c. I.* Eröffn. *p. 8.* Lectu demum digna ſunt, quae BALBINVS *Miſcell. Dec. I. Lib. 6. p. m. 12.* refert: *Poſtea*, ait, *ſub Regibus vltimis Wenzeslw, aut antea ſub Ottogaro, Nobilitati infeſtiſſimo, vna omnes prope Bohemi Comites vno conſilio Titulos Comitum abiecere, atque alii ad Equites alii ad Barones ( - - quanquam hoc nomen veteribus Bohemis ignotum erat,) aggregauerunt ſeſe, quorum - - iſti ſimpliciter* PANI, *id eſt* DOMINI *nuncupabantur, (qua de re ſunt literae quaedam Regis Wenceslai) ſed Dominorum rurſus duplex erat ordo: Nam primae dignitatis Proters Korauhe Wni Pani (Germanis* Cammer-Herrn) *Witſſy, id eſt, Minores, reliqui inferioris notae Korauhe Wni Pani - dicebantur.* Titulum hunc Pani ſeu Domini in Bohemia inter ſupremos fuiſſe, ex eo liquet, quod, cum Dux Iaromirus Howoram ſumma iuxta ſe dignitate honorari voluiſſet, nullum quam Domini titulum, qui huic honori adaequaret, inuenerit, indeque eum pro primo Domino Bohemiae, Fratrem autem Howorae Berckam pro ſecundo Domino Bohemiae declarauerit, referente id Petro BECKLERO in *Chron. Bohemiae de An. 1695. P. II. L. 1. C. 5. pag. 37.* Hodienum adhuc in Bohemia curate diſtinguitur der alte und neue Herren-Stand, de qua materia plura leguntur apud LÜNIGIVM von der Landſäßigen Ritterſchafft T. I. vbi praeſertim Imp. Ferdinandi III. Declaratio de A. 1654. was einem Ausländer höhern Standes zu thun obliget, wann er im Königreich Böhmen belehnet und vor eine Perſon Herren-oder Ritter-Stands ſolle gehalten werden; item Extract aus Kayſer Ferdinandi III. erneuten Landes-Ordnung,

Ordnung, die Privilegien des Herren- und Ritter-Stands im Königreich Böhmen betr.

§. VI.

Quid circa ordinem Dominorum in Marchionatu *Morauico* ſtatutum ſit, legitur in der verneuerten Landes-Ordnung d. d. 10. Maii A. 1628. §. Wie wir nun gnädigſt wollen ꝛc. vbi: Alſo ſoll der Herren-Stand der ander Stand und darinnen auch die Herzogen und Fürſten in gedachtem Unſern Erb-Marggrafthum begriffen ſeyn und keinen ſonderbaren Stand machen. v. LÜNIG l. c. P. I. p. 78. *Morauia,*

§. VII.

Eadem huius tituli dignitas fuit in Luſatiae Marchionatu, Bohemiae confini, et in MSpto quodam Commentario D. Hartranfft, Syndici olim Prouincialis, me legiſſe memini, Ottoni Comiti de Noſtiz, Dynaſtae in Seydenberg, Literas quasdam ad Status prouinciales perſcriptas, quarum titulum *Luſatia,*

Denen Hoch- und Wohlgebohrnen Grafen und Herrn

non reſignatas fuiſſe remiſſas, addito petito, inſcriptionem mutandi et ſolum Dominorum titulum imponendi.

§. VIII.

In Archi-Ducatu *Auſtriae* ordo Dominorum tribus diſtinguitur claſſibus, quarum prior audit vetus ſeu Rudolphina, altera media ſeu Stifftmäßig, tertia autem noua. Qui in vnam alteramue recipi vult, rigoroſum examen ſubire debet, cuius ſingula puncta recenſentur in K. Leopoldi Confirmation und reſp. neuen Conceſſion vor die Stände des Erz-Herzogthums Oeſterreich ob der Enß über die diſtincte Seſſions-Ordnung, d. d. 28. Dec. 1702. apud LÜNIGIVM l. c. T. I. p. 382. vbi conferri meretur Vergleich zwiſchen dem Prälaten- *Auſtria,*

und

und Herren-Stand im Herzogthum Oeſterreich ob der Enß über einige der Präcedenz wegen unter ihnen entſtandene Streitigkeiten, nebſt K. Leopoldi Confirmation dd. 31. Oct. 1676. *l. c.* In literis Inueſtiturae Rudolfo de terris Auſtriacis an. 1283. d. 1. Iun. datis iam legitur: *Et predicti temporis ſpacio reuoluto*, DOMINI *ac incole earundem* TERRARVM *Auſtrie*, *Styrie*, *Carniole et Marchie*, *predicto Rudolfo in nullo erunt obnoxii etc.* Itidem in contractu, quem iniere Albertus Auſtriae Dux et Fridericus Burggrauius Noribergenſis, de liberis inuicem deſponſandis de A. 1374. legitur: Daß Wir durch der Freundſchafft Willen ꞉ ꞉ Uns zu einander nach Rathe Unſers Herrn, des Kayſers, Unſer Freunde und Land-Herrn, und Unſer Rathes, mit Heurath verpflichtet und vereinet haben. in Dn. de LVDEWIG *Reliq. MSptor. T. IV. p.301. ſq.* Morem etiam ſupra memoratum in Bohemia receptum imitatae ſunt plures antiquae originis familiae in Auſtria, nude Dominos ſemet appellantes, cuius exempla ſunt Domini de Stubenberg, de Traun, de Stahrenberg, aliique plures, licet nonnulli Comitis aut etiam Principis dignitate poſtea fuerint inſigniti, retento tamen ſemper in titulis Domini elogio. Imo refert BECKLERVS *l. c.* Dominum quendam de Stahrenberg, cum in inſcriptione epiſtolae Baronis nomine fuerit inſignitus, indignabundum neque refractam reddidiſſe.

§. IX.

*Ducatu Iuliacenſi et Bergenſi,*

De *Iuliacenſi* et *Bergenſi* Ducatu ſingularis extat obſeruatio in ſaepius citata LÜNIGII operoſa *Collectione* von der Landſäßigen Ritterſchafft in Teutſchland, Tomi I. p. 1202. cuius ſummam hic ſubiungam: In den Herzogthümern Jülich und Berg ſind zweyerley Gattungen von Landſaſſen, und werden die eine Land-Stände, die andern

andern aber Unter-Herrn genennet. Was die Unter-Herrn betrifft, ſo ſind deren im Herzogthum Bergen nur zwey, nehmlich die Herrlichkeiten Bruch und Hardenberg, wovon die erſte der Herr Graf zu Leiningen und Dachsburg, Heydesheimiſcher Linie, pro potiore parte beſitzet. ⸗ ⸗ In dem Herzogthum Jülich ſind etlich zwanzig dergleichen Unterherrlichkeiten und mögen deren Beſitzer wohl deßwegen Unter-Herrn genennt werden: weilen ſie bey ihren Herrlichkeiten nicht nur die hohe und niedere Iurisdiction, mit der Jagdbarkeit, ſondern auch vile ſchöne Regalia beſitzen; ⸗ ⸗ Neben diſen ſind auch andere Land-Stände und wenn ein Land-Tag gehalten wird, ſo ſtellet man zur Diſtinction auch einen Unter-Herren-Tag an, zu welchem die Unter-Herrn beſchrieben und, wenn es ihre Gelegenheit nicht iſt, zu erſcheinen, ſo ſchicken ſie Bevollmächtigte. Bey ſolchen Unter-Herren-Tagen thut ein Herzoglicher Commiſſarius die Propoſition um einen freywilligen Beytrag, welcher insgemein bey einer Summe bleibt, und hat bey letztern Kriegs-Zeiten der Herrlichkeit Bruch freywilliger Beytrag in 2000 Rthlr. beſtanden und die Herrlichkeit Hardenberg halb ſo vil gegeben. Weil nun die Appellationes aus diſen Unter-Herrlichkeiten nach Jülich und Düſſeldorf gehen, indem beyde Herzogthümer beſondere Regierungen haben, ſich auch jezuweilen andere Grauamina ereignen, ſo werden, wann dergleichen vorhanden, diſe bey Unter-Herrn-Tagen vorſtellig gemacht und wird nach beſchehener Bewilligung einem jeglichen Unter-Herrn eine beſigelte litera reuerſalis zugeſtellt, daß diſe Bewilligung nicht zur Conſequenz gezogen werden ſolle. ꝛc.

§. X.

*Haſſia,* In Pacto Vnionis inter Balthaſarem, Guilielmum, et Fridericum *Haſſiae* Landgrauios de An. 1403. legitur: und ſollen Sie (die Töchter) dann beſtatten ehrbarlichen, nach Rath der Partheyen, ⸗ ⸗ Freunde, Herrn und Manne ꝛc. vid. LÜNIG R. A. *Part. ſpec. Cont. II. p. 199.*

§. XI.

*Princip. Neoburgico,* In Priuilegiorum Principatus *Neoburgici* Diplomate P. III. Art. 2. eadem formula eſt: Wir ſollen auch keinen Land⸗Krieg anfahen, dann nach Rath unſer Land⸗Herrn, Ritter und Knecht, Stätt und Märckt. conf. LÜNIG von der Landſäßigen Ritterſch. T. I. p. 1146.

§. XII.

*Friſia Orientali,* Status prouinciales *Friſiae Orientalis* in Decreto de conſtituendo Anna Comite tutricem d. d. 22. Oct. 1542. ſemet appellant: Alſo hebben Prelaten, Junckern, ehrbar Mannſchup, Amt⸗Lude und Officianten all diſer Graffſchup ꝛc. V. BRENNEISEN *l. c. T. II. p. 1078.*

*) In Decreto Imperatoris Rudolphi II. contra Ciuitatem Emdam d. d. 21. Ian. 1595. ipſe Comes vocatur ein Land⸗Herr: ernſtlich gebieten und wollen, daß ihr eurem Erb⸗ und Land⸗Herrn, dem Grafen zu Oſt⸗Friesland ⸗ ⸗ zum Nachtheil nichts fürnehmet. l. c. p. 68.

§. XIII.

*et Boruſſia.* In *Boruſſia* ordinem Dominorum Statibus Prouinciae fuiſſe adſcriptum, docet Receſſus Regiomontanus de A. 1663. Nachdem E. E. Landſchafft von allen Ständen ⸗ ⸗ Ihrer Churf. Durchl. ⸗ ⸗ ein Subſidium auf drey Jahr gehorſamſt bewilliget, die Stätte Königsberg aber mit denen vom Herren⸗Stand, Land⸗Räthen, Ritterſchafft und Adel ⸗ ⸗ hierinn ſich nicht vereinigen können ꝛc. Theatr. Europ. T. IX. p. 982.

§. XIV.

§. XIV.

Singularis eſt dictio, quam de Capitulo Eccleſiae Cathedralis Colonienſis quondam vſurpauit Archi-Epiſcopus et Elector Gebhardus, dum nuptias cum Agnete Mansfeldica meditans in Literis patentibus *) ad ſubditos ita ſcribit: Alle und jede dieſes Unſers Erz-Stiffts Lehenleute, Landſaſſen, Unterthanen und Angehörige, biß zu ordentlicher Erwehlung eines künftigen Haupts, niemands anders, es maſſe ſich des gleich an wer da wolle, denn gedachtem Thum-Capitul, als ihrem Erb-Herrn, verpflichtet, verwandt und zugethan, gehorſam und gewärtig ſeyn ꝛc. *Capitulum Eccleſiae Cathedralis Dominus.*

*) in der Erklärung in Religions-Sachen p. 93. der Beylagen des Ausſchreiben Caſimiri etc.

§. XV.

Imo nonnunquam ſemet ipſi honorifico hoc Domini titulo nominarunt; ſic in Diplomate ſupremi Iuris Friderico Duci Slesvicenſi, ſub dato 2. Maji 1658. conceſſo, legitur: Und Wir Nachbeſchriebene des Reichs Dännemarck-Norwegen Räthe - - Herr Joachim Gersdorff zu Tundbyholm, Ritter; Herr Ove Gödde zu Tommerup, Ritter; Herr Chriſtoffer Uhre zu Aaßmarck, Ritter ꝛc. haben - - vor Uns und im Nahmen des ganzen Reichs und Unſern Nachkommen diſes wohlwißentlich - - unterſchrieben. v. Ded. ſub rubr. Des Hauſes Holſtein-Gottorff in denen Erbtheilungs-*Vnions* ꝛc.-Receßen gegründete Gerechtſame *p. 50.* *Ipſi ſe nonnunquam Dominos appellant.*

§. XVI.

Senatores Regni Suecici in Literis ad Senatores Regni Danici datis de 3. Iun. 1643. *) hoc illos titulo inſigniunt: *De ſtylo Senatorum R. Sueciae erga Danos.*

Edle und Wohlgebohrne, des Königreichs Dänne-marck Räthe, Gute Herrn, Nachbarn und beſonders gute Freunde.

In Contextu: Denen Herrn.

In Fine: Derer Herrn beſondere Freunde und Nachbarn.

*) V. MEIERN *Acta Pac. W. T. I. p. 125.*

§. XVII.

*et vice verſa.* Eodem ſtylo vtebantur Senatores Danici erga Suecos.

§. XVIII.

*item Poloniae.* Primas Poloniae ſtatibus Regni in Epiſtola Circulari titulum: DOMINI *et Fratres mei gratioſiſſimi*, tribuit.

§. XIX.

*Vſus hodiernus.* Hodienum in largiendo titulo Dominico, (ſicuti in omnibus reliquis arctioribus limitibus circumſcribitur ſtatuum prouincialium poteſtas,) ſparſiores ſunt Principes noſtri, et plerumque tantum nominantur: Unſere liebe getreue Landſchafft ſeu Land-Stände ꝛc. Excipias tamen caſum, vbi adhuc reſtrictior eſt regiminis forma et ampliora ſunt ſubditorum et ſtatuum iura, ita enim nouimus, Magnae Britanniae Regem, quando in ſuprema Regni Curia verba facit, membra excelſi huius ſenatus vocare: *Mylords*, quem titulum inter ſummos Angli referunt.

CAPVT

# CAPVT X.

## DE VSV HVIVS TITVLI INTER PRINCIPEM, VASALLOS ET SVBDITOS.

§ I.

Vaſallus Dominum feudalem *Dominum ſuum* compellare tenetur. *Vaſalli erga Dominum ſtylus.*

Ius Feudale Allemann. C. IV. ſtatuit: Der Mann ſoll eine Herren-Hulde thun mit ſine Eide. Neſcio in quo ſcripto occaſione litium inter Saxoniae Duces et Principes Schwarzburgicos obmotarum id a Conſiliariis Saxonicis monitum fuerit, ne in largienda voce Herr Schwarzburgici adeo rari ſint, ſiquidem reuerentia Domino feudali debita id poſtulet, vt vox haec titulo eius praepoſita duplicaretur, veluti: Dem Durchlauchtigſten Fürſten und Herrn, Herrn ‹ ‹ Herzogen zu Sachſen ꝛc.

§. II.

Cum vero diuerſiſſima ſit Vaſallorum ratio, ita vt Vaſallus nonnunquam longe eminentiori dignitate fulgeat, quam ipſe Feudi Dominus, etiam hic, qui conſuetudinum feudalium ſunt curioſi, largam variarum obſeruationum meſſem inuenient, quarum aliquas ſaltem easque notatu digniores allegabo. *Tranſitus.*

§. III.

Primo quaeritur: Num ex *ſola* compellatione *Domini* nexus vaſalliticus aut ſubdititius praeſumi queat? Admodum ventilata eſt haec quaeſtio in publicis, quae pro mediato Statu Epiſcopatuum Numburgenſis et Merſeburgenſis in lucem prodierunt, Deductionibus, *Num compellatio Dominica nexum vaſalliticum etc. inferat?*

vbi poſt reliqua hoc quoque allegatur argumentum: Veteres Epiſcopos Saxoniae Principes *Dominos Terrae* (Landes-Fürſten) et *Dominos ſuos gratioſos* nominaſſe. In der Gräflich-Waldeckiſchen Ehren-Rettung P. I. C. 15. de eodem themate ita diſſeritur: Es iſt in keinen Rechten geſchrieben, daß Confeſſio ein rechtmäßiger Titel Dominii vel Dominii transferendi ſeye, vil weniger, daß ſie mutationem Status machen und würcken könnte; ſintemahl ſolche verborum multiplicationes, recognitiones und Bekandtnißen den natürlichen Zuſtand und Subſtanz keines Dings ändern und es in ſpecie von ſolchen Sendſchreiben und Hand-Briefen geordnet iſt, = = dann in ſolchen familiar- und liebkoſenden Mißiven offt unſere Herrn genennt werden, die es doch nicht ſeyn, weil uns Teutſchen die Titul kein Geld koſten. Dahero am Kayſerlichen Cammer-Gericht in einer wichtigen Sache einmal für alle erkennet iſt, daß auf den Uberſchrifften kein Recht erworben werde, weil ſie nach Gunſt und Geſchenck, dem ſie zukommen, gericht werden. GYLLMANN *Symphor. Supplicat. T. IV. P. I. Vot. 30. n. 183.*

Similem caſum referunt *Acta Lindauienſia*, *) dum ex parte Abbatiſſae pro coloranda in Ciuitatem ſuperioritate adductum fuit: Praefectum Xenodochii Lindauienſis Abbatiſſam: unſer Fraw Aebtißin, nominaſſe; cui obiectioni a Ciuitate reſponſum fuit: Nihil plane inauditum aut rarum eſſe, Abbatiſſam Lindauienſem, aeque ac aliae huius ordinis, a vicinis Comitibus, Dominis et Nobilibus, imo et ciuibus Lindauienſibus min vel vnſer Frow compellari, prout in Pactis Lindauienſibus ab Exteris Comes Montfortenſis, vnſer Herr der Graf von Montfort, honoris cauſa nominatus fuerit. *Domini* enim vel *Dominae* vocabulum, ſecundum rem ſubiectam, intelligendum eſſe, cum variam habeat ſignifica-

gnificationem, nec actus agentium vltra eorum intentionem operari.

Diſputata quoque eſt haec theſis in controuerſia inter Caſtrum Imperii Fridberg et Ciuitatem Imperialem eiusdem nominis coram Iudicio Imperii Aulico agitata: diſcrimen enim Caſtrum inter et Vrbem, illiusque praerogatiuas edocturus, qui cauſam nobilium agebat, mox in initio Scripti **) allegati diſſerit: Die Kayſerliche und des Heil. Reichs Burg Fridberg = = und die gleich dabey liegende Reichs-Statt Fridberg = = ſind zwar = = zwey diuerſa Corpora, gleichwohlen aber iſt nicht zu laugnen, daß die Stadt bey ihrer erſten Einrichtung und Verfaßung die adeliche Burgmanne nicht nur ohnſtrittig vor ihre gnädige Herrn und Junckern erkennt, deren Beytritt und Societät in Regimine Ciuitatis vor eine beſondere Gnad und Ehre gehalten ꝛc. idque probat Conuentio an. 1483. inter Caſtrum et Vrbem peracta, cuius verba: 6. Aus Bewegniß mannichfaltiger der Stadt von dero gnädigen Herrn und Junckern, denen Burgmannen, erwieſenen Treu und Gutthat ꝛc. cui accedit formula iuramenti ciuium, verbis: **Dero gnädigen lieben Herrn und Junckern, Burggrafen und Baumeiſtern von gemeiner Burgmann wegen zu Burg Fridberg = = gehorſam zu ſeyn ꝛc.**

KNIPSCHILDIVS *de Ciuit. Imper. p. 101.* hunc in morem ita commentatur: *Licet nonnulli putent, quod multum ſibi praeiudicent Comites, Barones, Nobiles et Ciuitates Imperiales et alii, qui in Epiſtolis et precibus alicui Principi oblatis profitentur, ipſum eſſe Dominum ſuum clementiſſimum,* **meinem gnädigſten Fürſten und Herrn,** *quia hoc ipſo fateri videantur, ſe eius eſſe ſubditos eamque profeſſionem tantae eſſe efficaciae, vt reuocari nequeat; - - verum cum huiusmodi compellatio magis ex more et vſu longaeuo fiat, non ſtatim*

*niſi*

*niſi aliis concurrentibus circumſtantiis et probationibus euidentioribus, quae rem explicent, ſubiectionem introducit, cum id quod more et longaeuo vſu certam habet interpretationem, non mutari, ſed ita intelligi debeat, prout vſu et more receptum et probatum eſt. - - Secus autem erit, ſi quis Principem vel alium Dominum ſuum territorialem,* ſeinen Landes-Fürſten, ſeu Lands-Herrn *nominet, hoc enim ſubiectionem importat.* Huic ſententiae ex ipſius rei argumentis hauſtae et ego eo lubentius accedo, quando certius eſt, vix vllo exemplo ex hoc tantum fundamento actum aut eminens quoddam in alios ius praetenſum fuiſſe, verum tantum loco argumenti, vt dicunt, κατ᾽ ἀνϑρωπὸν adhibitum fuit. Praeterea etiam tempora non minus quam caſus diſtinguendi ſunt, cum in hoc tantum vt captandae beneuolentiae et complacentiae verbulum ſumatur, in alio autem et diuerſo caſu longe aliter intelligatur, de quo memoranda exempla alibi forte explicabo.

*) *p. 41.*

*) v. Gründliche Information von der Reichs-Stadt Fridberg in der Wetterau Regiments-Verfaſſung und Reichs-Standſchafft, auch der einem zeitlichen Burggrafen zuſtehenden Oberhand Superiorität p. 1. 13. ſq.

## §. IV.

*Lites de hoc titulo cum Coenobiis mediatis.*

Mota etiam ſaepius eſt haec quaeſtio in cauſis immedietatem Coenobiorum Germaniae, praeſertim Ordinis Ciſtercienſis, concernentibus, vbi poſt reliqua argumenta hoc etiam potiſſimum agitatum fuit, Abbates et Conuentus horum coenobiorum Familiam fundatricem *Domini ſui* titulo honoraſſe. Ita in Illuſtr. Comitum Solmenſium Deductione contra Coenobium Arnsburg Documentum ſub Num. IV. annexum ita loquitur: Wir Bruder Johann Abt, und der Convent

= = thun zu wißen allermenniglich, daß wir einen verſegelten Brief inhan, verſegelt mit Unſir gnädigen Herrn und Stiffter Inſigele ꝛc. et Comites ipſi de ſe aiunt: ſölich Cloſter Unſir Aldern geſtifft han und Uns nu als Stifftern und Herren des Landes zuſtehet ꝛc. de A. 1441. Apud Auctorem *Cauſae Herbipolenſis* plurimae chartae occurrunt, vbi Monaſterii Eberacenſis Abbates Epiſcopum Herbipolitanum appellant: Ihren und des Cloſters gnädigen Lands-Fürſten, Erb-Schutz- und Schirm-Herrn ꝛc. et p. 279. Georgius Abbas An. 1599. ita ſcribit: Dieweil ich Ew. Fürſtl. Gn. für meinen gnädigen Herrn und Lands-Fürſten erkenne, bitte ich Ew. Gn. in aller Unterthänigkeit ꝛc. Porro Abbas et Conuentus Coenobii Mulifontani in documento de A. 1504. profitentur: Daß wir = = den gedachten unſern gnädigen Herrn, Herzog Ulrichen, Sr. Fürſtl. Gnaden Erben und Nachkommen des Fürſtenthums Würtemberg, zu rechten erblichen Schuz- und Schirm-Herrn, uf Römiſcher Königlicher Maj. Mandat, uf- und angenommen haben ꝛc. *Docum. Monaſter. Würtemb. rediu. p. 861.* Similiter Abbas Coenobii Brumbacenſis, ditionis Werthemianae recognoſcit: was wohlgemeldtem Unſerm gnedigen Herrn, als Schirm-Herrn, = = ſolcher Clöſter halber von Ihrer Kayſerl. Maj. geboten worden ſey = = unſers theils demſelben auch zu gehorſamen. Conf. HERTII *Diſſ. de iactitata Ord. Ciſtercienſis Libertate ac exemtione a ſuperioritate et Aduocatia Regionum in S. R. I. Dominorum.*

§. V.

Porro quaeritur: *Num Dominus*, (vti eum vulgo appellant) *directus intuitu praedii ſeu regionis, quam alteri ſub feudi lege concedit*, DOMINVM *ſe nominare queat?* Orta eſt deſuper illuſtris controuerſia inter Abbatem Coenobii

*Num Dominus directus de praedio feudali Dominum ſe nominare queat?*

*Controuerſia Hanoica cum Abbate Montis Iacobi.*

nobii Iacobsberg, prope Moguntiam ſiti et Collegium Regiminis Hanoici, coram Iudicio Imperiali Aulico ventilata. Impreſſum eſt hac de cauſa a parte Hanoica ſcriptum apprime rem illuſtrans et hoc rubro inſcriptum:

> Status cauſae in Sachen des Herrn Abtens des Cloſters zum St. Jacobsberg, bey Maynz, Implorantens, contra die Hanau-Münzenbergiſche Regierung, Imploraten, petitae Citat. ex L. diffamari. Gedruckt im Jahr 1721. fol.

cuius potiſſima contenta hic enarrabo.

Illuſtriſſima Domus Hanoico-Münzenbergica feudi loco tenet Vogteiam Pagi *Dörnigheim*, Hanouiam inter et Francofurtum ſiti, eiusque intuitu Dominium directum Abbatis Coenobii St. Iacobsberg recognoſcit; fundum vero omniaque iura territorialia ipſi cohaerentia proprio et allodiali iure poſſidet, praeterea adhuc feudum hoc ab Abbate non datum, ſed Coenobio ab Ill. Comitibus oblatum eſt.

Inde vero ab An. 1710. Abbas titulum *Domini de Dörnigheim* nouiter plane ſibi vindicabat et a Comite eiusque Conſiliariis abunde monitus, ne literas quidem eorum reſponſione dignabatur. An. 1712. Comes Philippus Reinhardus e vita diſceſſit, Succeſſor itaque Iohannes Reinhardus, vt cum Vogteia iterum inueſtiretur, literis decenter quaeſiuit. Cum vero nec his reſponderet, Conſilium Regiminis iterata vice reſcribebat, vbi demum Abbas, non quidem ipſe, ſed per Syndicum ſuum, eo ſententiam ſuam declarabat, non prius inueſtituram ſe conceſſurum fore, vsquedum rari illi et leues tituli, quibus hucusque in literis ad ipſum miſſis Regimen vſum fuerit, dignioribus commutarentur, ita enim ipſius verba ſunt: und dann des Herrn Prälaten

Prälaten Hochw. Gnaden ſehr bedencklich und nachtheilig vorkommt, zu einiger weitern Inueſtitur zu ſchreiten, ehe und bevor = = wegen der Titulatur (als wobey derroſelben qua Domino directo nicht einmal das Prädicat eines Herrn, andere Inconuenientien zu geſchweigen ferner will beygelegt werden) zur Richtigkeit ſeye gebracht worden. Cum vero a parte Hanoica ſatis fuerit monſtratum, eundem, qualis ab antiquo tempore fuerit, ſtylum et modum ſcribendi ſeruatum fuiſſe, propius mentem ſuam declarabat Abbas, aegerrime ferens, Titulum *Domini de Dörnigheim* antiquitus et optimo iure ipſi debitum denegari, ideoque nec citius inueſtituram promittebat, quam omnis circa hunc titulum diſceptatio plane fuerit remota.

Regerebant quidem Hanoici:

1. Titulos nihil ad rem feudalem ſpectare, ideoque inueſtituram differri nullo modo poſſe, potius hanc litem ſeparatim componi debere.

2. Abbatem a paucis demum annis titulum hunc ſibi vindicare, antehac de illo ne quidem cogitaſſe;

3. Germanos vero mores, ne tale quid in alterius praeiudicium fiat, loqui, et

4. Contradictionem, huic titulo factam, nullam interuerſionem Dominii directi inuoluere.

Factum autem exinde, vt Abbas ad Conſilium Imperiale Aulicum ſupplicam mitteret, pro Citatione ex L. Diffamari, contra Conſiliarios Regiminis Hanoici directam, quae ſcriptio Comiti communicata et ab Abbate vsque ad Triplicam, a Comite ad Quadruplicam ventum eſt.

In hiſce ſcriptis quatuor hae quaeſtiones potiſſimum agitabantur:

I. Num Remedium Citationis ex L. Diffamari in praeſenti cauſa locum habeat?

II. Quaenam proprie illa ſint, quae feudi loco Abbas Comiti conceſſerit? et quaenam Iura Abbatis in vico quaeſt. ſint?

III. Num Comes Hanoicus fidem vaſalliticam laeſerit? et

IV. Nonne potius huiusmodi cauſa feudalis coram Iudice feudali ſit decidenda? quarum ſolutiones eo collineant:

Ad Quaeſtionem Imam: I. *deficere cauſam qualificatam diffamationis*, ſiquidem a) Prouocans non ſit immediatus Imperii, haec quoque cauſa non immediate ad ſumma Imperii Dicaſteria trahi debuiſſet, b) praetenſa diffamatio non contra alios, (quod tamen de eſſentia diffamationis eſſet) ſed ipſum Prouocantem facta ſit, c) Conſilium Regiminis Hanoici nullum habuerit animum iniuriandi, ſed ex officio ſaltem ipſi demandato pro Iuribus Comitis conſeruandis viligauerit et, ne in praeiudicium eiusdem Abbas titulo hoc neutiquam ipſi competenti vtatur, proſpexerit, d) Comes Hanouiae Pagum quaeſt. cum omni ſuperioritate territoriali notorie poſſideat, Abbas vero Prouocans vnicum tantum praedium, a Comite Philippo an. 1475. oneribus exemtum, Lex autem Diffamari tunc applicari nequeat, ſi praetenſus Diffamans in poſſeſſione rei litigatae conſtitutus ſit, cum alioquin priuilegium poſſeſſionis amitteret, e) praetenſa Diffamatio tantum nuda contradictio, inde ad agendum haud efficax ſit, f) nullum inde ortum ſit ſcandalum aut turbata Imperii tranquillitas fuerit.

II. *Ad Remedium L. Diffamari requiri, vt fides de Diffamatione fiat*, Prouocantem vero nullibi demonſtraſſe, ſe vnquam titulo hoc: *Domini de Dörnigheim* quiete vſum

 fuiſſe,

fuiſſe, imo potius proprium ipſius Notarium in nouiſſimis Inueſtiturae literis Abbatem neutiquam ita nominaſſe. Si Dominum feudalem ſemet appellaret, id demum concedendum fore, ſi prius ſententia iudicialis anteceſſerit, ipſum talem eſſe, cum vero pure, ſimpliciter et abſolute *Dominum* ſe nominet, haud tolerandam eſſe arrogantiam et verſus fidem reciprocam Domini et Vaſalli impingere. In re feudali Vaſallum potiorem eſſe Domino directo, hinc inuito illo Dominum de praedio nominare ſe non poſſe, cuius poſſeſſionem cum omni vtilitate Vaſallo tradiderit, eumque in ea tranquille conſeruare promiſerit; multo minus titulum hunc in rem aliquam extendi poſſe, cuius in literis inueſtiturae ne quidem mentio facta fuerit.

Ad Quaeſtionem IIdam haec potiora argumenta fuerunt propoſita: 1. Dominum Abbatem plenum quidem Dominum eſſe Villae ſuae priuatae in Dörnigheim ſitae, attamen vero et huius intuitu Iurisdictioni territoriali Hanoicae ſubiectum, praeterea tantum Dominum feudalem ſeu directum Vogteiae eſſe, reliquum pagum notorie Hanoicum Dominatum reuereri.

2. Documenta ad probationem pleniorem producta ſubleſtae fidei eſſe, probanda non probare, haud veriſimilia et literis inueſtiturae contraria continere, inualida et in vlteriorem euentum iam dudum reuocata eſſe, vbique ſecundum falſa et illegitima principia concludi, eaque omnia prolixe deducuntur et contraria argumenta ſolide refutantur.

Quaeſtioni IIItiae: Num Comes Hanoicus, denegando hunc titulum, fidem vaſalliticam laeſerit? hunc in modum reſpondetur.

1. Formam feudi eſſentialem conſiſtere in fide mutua, iuxta illud: Getreuer Herr, getreuer Knecht; Dominum

minum Vaſallo per noui tituli arrogationem praeiudicium inferre non poſſe, et dilationem inueſtiturae ideo factam pro felonia Domini haberi. Mores etiam Germaniae ita ſtatuere, vt, ſi nobilior Status ab inferiore, imo ſi a mediato, feudum accipiat, promiſſio fidei non niſi ciuiliter, verbis Accipientis dignitatem non dedecentibus, fiat.

2. Abbatem Iohannem An. 1524. verbis longe mitioribus et deuotis Comiti Philippo ſcripſiſſe: **An Euwer Gnaden (ergeht) meyn demütig Begern vnd Erfodern, ſie wollen ſich alſo vil demütigen vnd ſollich Lehen nachmaillß in zymlicher wieſenlicher Zyt alſo von mir entphahen vnd thun, weß ſich derhalben gebührt, mich vnd meyn Gothshauße nit verſmähen, ſondern ſich hye yn gutwillig erzaigen vnd dieſe meyn Schreiben in beſten verſteen, daß wil ich ſampt meynem Convent mit flyßigem Gebeth zu Gott willig verdienen. Bith hiervff Ewer Gnaden beſchribene gnedige Antwort.** Ad haec verba Deducens Hanoicus ita gloſſatur: **Dieſem Exempel ſollte jetziger Herr Abt folgen und ſich eine Ehre davon machen, Jhre Hochgräfl. Gnaden unter ſeine Vaſallen zehlen zu dürfen.**

3. Ill. Comitem in compellando Abbate eosdem titulos adhibuiſſe, quibus Anteceſſores ſui, etiam in nuperrima demum inueſtitura, vſi fuerint, vbi Abbas nunquam **der Herr Abt**, ſed **der Abt**, et **der Ehrwürdige und Andächtige, beſonders liebe**, nominetur.

4. Conſilium Regiminis nihil animo iniuriandi, ſed pro neceſſaria defenſione egiſſe, at ſi hoc quoque honori ipſi debito quidquam detraxerit, Ill. Comitem Iudicem eius competentem eſſe, qui adminiſtrandae per Impartiales iuſtitiae nunquam defuturus ſit.

5. Ab-

5. Abbates ab antiquis inde temporibus Comites appellaſſe gnädige Herrn et vna tantum vice ſeinen Getreuen et ne id quidem nude, ſed ſeinen Herrn und Getreuen.

Ad IVtam demum Quaeſtionem regerebant Hanoici: Partem Prouocantem illegitime primam inſtantiam praeteriiſſe, et Prouocatum Regimen non niſi coram Illuſtriſſimo Comite accuſandum fuiſſe.

Tandem communicata fuit a parte Hanoica formula Titulorum, quibus partes litigantes inuicem in poſterum vti vellent, hiſce verbis concepta:

Wenn Jhro Hochwürden, der Herr Prälat zum St. Jacobsberg bey Maynz, folgende Titulatur an Jhro Hochgräfliche Gnaden zu Hanau gebrauchen:

In Ingreſſu:

Hochgebohrner Graf
Gnädiger Herr

In Contextu:

Euer Hochgräflichen Gnaden, oder
Hochgräflichen Excellenz,

In Subſcriptione:

Dienſt-ergebenſter,

In Inſcriptione:

Dem Hochgebohrnen Grafen und Herrn, Herrn Johann Reinharden, Grafen zu Hanau ꝛc. ꝛc. Meinem gnädigen Herrn.

So werden Jhro Hochgräfliche Gnaden zu Hanau dem Herrn Prälaten wieder beylegen:

In Ingreſſu:

WohlEhrwürdiger und Andächtiger, beſonders lieber Herr und Freund.

In

In Contextu:

Dem Herrn Abten, oder dem Herrn Prälaten und Demſelben.

In Subſcriptione:

Des Herrn Abten oder des Herrn Prälaten gutwilliger.

In Inſcriptione:

Dem WohlEhrwürdigen und Andächtigen, Unſerm beſonders lieben Herrn und Freund, Pancratio, Abten des Cloſters und Gotteshauſes zu St. Jacobsberg nächſt Maynz.

quam vero cum Dn. Abbas haud acceptare, ſed, quales ipſi tituli complacerent, praeſcribere vellet, Illuſtriſſimus Comes iure ſuo, ipſi tanquam Statui Imperii immediato competente, vtebatur et antiquum Cancellariae ſuae ſtylum continuare iubebat, ideo vero Abbas, atrocis iuiuriae loco reputans, Inueſtituram denegabat. An et qua ratione controuerſia haec compoſita aut deciſa fuerit? neſcio.

## §. VI.

*Iure Longobardico Domini titulus Vaſallo non datur,*

Iure Longobardico Domini nomen non datur Vaſallo. Ill. quondam de LVDEWIG de cauſa denegati vaſallis tituli dominici *in Iurib. Feudor. p. 199.* ita ratiocinatur; *Stupent interpretes, ſed fruſtra, quare vaſallus in decretis Longobardicis nunquam Dominus appelletur. Nam quaſi Dominus tantum dicitur ideo, vt conſtet, eum plus iuris in feudo habere, mere vſufructuario. Hinc Italiae ICti exſibilant hoc nomen, inſtar figmenti, cuius pudere debeat vaſallum, ne verbi inſolentia Dominum directum offendat; neque male; nam beneficii alterius poſſeſſor fruſtra illius ſibi adrogat dominium, ceu rei alienae. Quare fidenter adfirmo hoc, neque Domini nomen, in patria noſtra, vllo vnquam tempore, in-*

*dultum eſſe beneficiatis vaſallis.* Alibi etiam (*in Iure clientelari* p. 131.) copioſius hanc quaeſtionem diſcuſſit et verba allegat CRAGII *L. I. feud. dig.* *Noſtri*, ait ille, *ſane inſanirent, ſi eos non eſſe Dominos ſuorum praediorum, ſed tantum vſufructuarios diceremus.*

## §. VII.

At vero etiam hic caſus diſtinguendi ſunt; praeſertim moribus hodiernis, vbi Principes honori ſuo titulisque ſuis conſeruandis et adaugendis plus quam vllo tempore inuigilant; ſunt enim in Germania noſtra multi Principes, aliis Con-Statibus, imo etiam mediatis, ordine multo inferioribus, nexu vaſallitico obligati, qui Domini titulo, vinculo hoc feudali non obſtante, ab ipſis Dominis directis honorantur, imo vero, vti praecedens exemplum Hanoicum abunde demonſtrat, ne quidem hos reciproce Dominos ſalutant. *caſus tamen diſtinguendi ſunt.*

Dn. de LVDEWIG in cit. *Iur. Feudor. p. 197.* aſſerit: *Quod magis eſt, Domini nomen in titulis quandoque vaſallorum ſolet conduplicari, vt vnus ſignificatus ad proprietatem plenam, alter ad directam, id eſt, dimidiatam reſpicere videatur; Caeterum, vti Germaniae Principes et Nobiles ante allodiorum ſuorum plena dominia habuerunt, quam dimidiarent illa cum ſeniore, ſic iure meritoque, in ſignum retentae alterius partis, illa conſeruarunt,*

## §. VIII.

Excepto autem hoc caſu, ſi nempe Vaſallus ipſo Domino directo dignitate multo maior ſit, verum eſt, ſtylum Curiarum feudalium et Cancellariarum Imperii in compellandis Vaſallis Domini titulum prorſus ignorare, quod eo minus aegre quisquam ferre poterit, cum hae titulorum formulae vnicae fere reliquiae ſunt, quibus memoria munificentiae et liberalitatis multarum illuſtrium familiarum adhuc conſeruatur, quae nimium *Vſus hodiernus.*

dando aliis proprium ſplendorem perdidere, imo in egeſtatem perniciemque ruere.

§. IX.

*Querelae inferioris ſortis vaſalli.* At vero inferioris ſortis Vaſallos nonnunquam de denegato hoc titulo conqueſtos eſſe, praeſertim, quando id in Literis aut Reſcriptis non ab ipſo Feudi Domino, ſed Collegiis tantum inferioribus factum fuit, exemplum quoddam reperi in Conſiliorum Hallenſium Tomo II. p. 1258. quod, cum noſtrum thema probe illuſtret, integrum hic adiungam:

Hat der Herr bey der Hoch-Gräflichen Reuß-Plauiſchen Canzley in Ober-Graiz etwas zu klagen gehabt, und in ſelbiger unter andern eine ſo ſchlechte Titulatur bekommen, daß er ſich gemüßiget findet, dieſerwegen bey Königlicher Majeſt. in Pohlen ſich zu beſchweren, indem man in der Canzley nicht einmahl deſſen ſeinem Tauf-Nahmen das Bey-Wort: Herr hinzugeſetzet, auch die andern Ehren-Wörter ſo ſchlecht eingerichtet, daß, wann er darzu ſtille ſchwiege, bey Königlicher Maj. in Pohlen, wenn ſolches an ſeine Maj. gebracht würde, er ſich Verantwortung aufladen würde; Will demnach der Herr über folgende Fragen des Rechtens belehret ſeyn: Und zwar Anfangs:

> Ob der Herr ſchuldig, von der Canzeley bey ſo ſchlechten Tituln und Auslaßung des Wortes: HERR, etwas anzunehmen?

Ob nun wohl der Herr verſchidenes vor ſich zu haben vermeinet, und zwar Anfangs, weil ſich gleichwohl der Herr nicht allein bey Königlicher Maj. in Pohlen und Churfürſtl. Durchl. zu Sachſen in wichtigen Bedienungen, als Dero Rath, Crays-Hauptmann, Ober-

Steuer-

Steuer-Einnehmer und Kriegs-Commiſſarius befinde, ſondern auch Canonicus des Stiffts Merſeburg ſeye, um welcher vornehmen Characteren willen ohnmöglich fiele, daß man ſolches der Ober-Graiziſchen Canzley zu gute gehen laßen könnte; Nachgehends auch ſelbſten die Hoch-Gräfliche Frau Wittbe, Gräfin von Reuß, in ihren Hand-Briefen ſich nicht allein einer dem Herrn gebührenden Titulatur bediente, ſondern auch ſeinem Tauf-Nahmen das Wort: Herr ohne alles Bedencken vorſetzte; Ferner nichts darwider hinderte, daß gleichwohl der Herr ein Graiziſcher Vaſall wäre, nicht allein, weil diſes gar keine Lehens-Sache, ſondern weil auch die Lehens-Canzley unter Vaſallen mit oder ohne Bedienungen in der Titulatur einen mercklichen Unterſchied zu machen, ſo ſchuldig, als gewohnt wäre; Uber diſes ſo gar auch ein jeder Landes-Herr dergleichen Unterſchied in der Titulatur gegen ſeine Unterthanen gebrauchte, welche doch in einer weit ſtärckern Verbindung als die Vaſallen, ſtünden, cum Subditi in perſonae, Vaſalli in feudi nexu ſtent; Endlich die Schreiben mit der unfüglichen und ſchlechten Titulatur, auch nicht einmahl nomine des Landes-Herrn, ſondern nur des Canzeley-Collegii ausgefertiget wären, welche letztere doch, als Leute von geringerem Stande, als in welchem ſich der Herr befindet, mehrere Behutſamkeit in den Titulaturen gebrauchen ſollten; da auch letztens in gewißen Commißions-Sachen man dem Herrn Grafen nicht einmahl das Bey-Wort: Gnaden beylegen dürfen, ſondern dergleichen zu thun, aus der Königlich-Pohlniſch- und Churfürſtlich-Sächſiſchen Canzley expreſſe verboten worden, man ſich die Rechnung leichtlich machen könnte, wie übel dergleichen kahles und ver-

ächtliches Tractament an dem Königlich-Pohlniſch- und Churfürſtlich-Sächſiſchen Hofe nunmehro genommen werden möchte, um deßwillen der Herr kein anderes Mittel vor ſich ſehe, als dergleichen Schreiben der Canzley wiederum zurückzuſenden; endlich noch die Würde eines Merſeburgiſchen Dohm-Herrn hinzukäme, bey welchem man den Nahmen Herrn um ſo vil mehr, als bey Geiſtlichen, zu gebrauchen pflegte; in mehrerer Erwegung, daß heut zu Tage das Wort: Herr jedem ehrbaren Bürger gegeben würde: folglich einem in vornehmen Bedienungen ſtehenden Cavalier die Auslaßung diſes Nahmens um ſo vil empſindlicher fallen müßte.

## RATIONES DECIDENDI.

Dieweilen aber faſt in ganz Teutſchland üblich iſt, daß die Canzleyen in denen Titulaturen bey ihren alten Titul- und Formular-Büchern, wie ſolche vor 200. und mehreren Jahren her geweſen, beſtändig und wider alle jetzo gebräuchliche Titul- und Ehren-Wörter, ohne Anſehung der Perſon, Amts und Standes, verbleiben, ſolches auch die Juriſten-Facultäten täglich erfahren, daß, ohngeachtet ſelbige von Königlich- und Churfürſtlichen Räthen, auch wohl gar des erſten Ranges, beſetzet ſind, ſelbige dennoch in denen Uberſchrifften der Urthels-Fragen: Ehren-Veſte, oder, wenn es hoch kommt, Edle geheißen werden; um deßwillen man doch keine Acta zurücke ſendet, noch in Dingen, die auf dem Wohlſtand, Höflichkeit und dem Herkommen beruhen, ſich einen Anſtoß zu machen pfleget; wie denn die Canzeleyen ohne Zweifel ihre Abſehen auf diejenige Zeiten gerichtet, nach welchen das Wort: Herr nur denenjenigen gegeben worden, die ſich in dem Grafen-

ſen-oder Herren-Stand würcklich befunden, ja man ſollte faſt glauben, daß die Reuß-Plauiſche Canzeley mit dem Wort: Herr vor dem Tauf-Nahmen deßwegen ſo difficil geweſen, weil ihre eigene Landes-Herrn, die Grafen, vor kurtzer Zeit noch das Wort: Herrn allein gebraucht und ſelbiges auch in denen mittlern Zeiten in einem, wo nicht höhern, dennoch gleichen Verſtande mit dem Nahmen Graf, welchen die Herren von Reuß erſt vor weniger Zeit angenommen, gehalten worden iſt; wie ſich dann in denen mittlern Zeiten auch die Fürſtliche Kinder mit dem Nahmen Herrn oder Jung-Herrn vergnügen müßen, und man, ſonderlich auch in dem Lateiniſchen, einem Churfürſten ſelbſten nicht wohl anderſt, als: Nobili Domino geſchrieben, und ob man wohl ſagen könnte, daß es gleichwohl gar ſeltſam herauskäme, wenn die Canzley ſich wider die heutige allgemeine Gewohnheit ſetzen und die alte verlegene veränderte Moden affectiren wollen; dabey doch wider zu bedencken iſt, daß dergleichen Weiſe inter res ciuilitatis gehörte, und wohl von niemand, als einem Superiore, und der dem Landes-Herrn hierunter zu befehlen, geändert und hierinnen Maaß und Ziel gegeben werden könnte; Und weil ferner die von der Hoch-Gräflichen Frau Wittbe an den Herrn gefertigte Schreiben in Hand-Briefen beſtehen, von ſelbigen auf den Stylum in Curiis receptum kein Schluß gemachet werden mag; Ob auch gleich die Ausfertigung der quaeſtionirten Schreiben nicht in dem Nahmen der Landes-Herrſchafft geſchehen, die Canzley dennoch hierunter die Iurisdiction reſpiciret, folglich, was ſie hierunter zu thun, ſolches auctoritate der Landes-Herrſchafft zu geſchehen pflegt; Uber diſes, da auch der Herr Gräflich-Reußiſche Lehen-

Güter hat, ihme nicht wohl zu rathen ſtehet, daß er ſich diſerhalben allzuſehr movire, indem zwar ſonſten in theſi unter einem Vaſallo und Subdito ein bekannter Unterſcheid iſt, die allermeiſte Provinzien aber in Teutſchland die ſonſten von dem Hauſe Sachſen gebrauchte Regel gleichfalls machen und behaupten wollen, quod omnis Vaſallus etiam ſimul ſit Subditus, ſolches auch deßwegen um ſo vil leichter geſchehen mag, weil in den meiſten Oertern die adelichen Güter Anfangs Allodia geweſen und erſt nachhero zu Lehen gemacht worden, folglich durch das letztere der erſte nexus Subiectionis nicht aufgehoben zu ſeyn ſcheinet, welches alles wir aber nur zu fernerer Uberlegung in hypotheſi angeführet haben wollen. Bey welchen Umſtänden auch die Verantwortung wegfällt, deren ſich der Herr von Königl. Maj. in Pohlen und Churfürſtl. Durchl. in Sachſen beſorgen möchte, in mehrerer Erwegung, daß, obſchon die Canzley das Wort: Herr, obangeführter Urſachen halben, bey dem Tauf-Nahmen ausgelaſſen, ſie dennoch ſolches in dem Schluß der Uberſchrifft unter ſolcher Formul geſetzet: Unſerm beſonders Hochgeehrten Herrn; folglich die Canzeley zur Genüge bezeuget, daß die Canzeley-Verwandten ihres Orts dem Herrn ſolches Praedicat im geringſten nicht zu difficultiren gemeynet ſeyn:

**Als halten wir davor, daß der Herr ſich, geſtalten Sachen und Umſtänden nach, nicht entbrechen möge, dergleichen Schreiben mit der gepflogenen Titulatur anzunehmen.**

Zweytens wird gefraget:

